Libellus, quo demonstratur: cicutam non solum usu interno tutissime exhiberi, sed et esse simul remedium valde utile in multis morbis, qui hucusque curatu impossibiles dicebantur / Juxta exemplar Vindobonense.

Contributors

Störck, Anton, Freiherr von, 1731-1803.

Publication/Creation

London: J. Nourse, 1760.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/xtx3xvag

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

ANTONII STÖRCK, LIBELLUS DE CICUTA.

103.96

ANTONII STÖRCK,

LIBELLUS

TI

GICUTA.

U₃

ANTONII STÖRECK,

MEDICI VIENNENSIS ET IN NOSOCOMIO CIVICO PAZMARIANO PHYSICI ORDINARI,

LIBE Jos Kou S,

QUO DEMONSTRATUR :

CICUTAM

NON SOLUM USU INTERNO TUTISSIME EXHIBERI,

SED ET ESSE SIMUL REMEDIUM VALDE UTILE IN

MULTIS MORBIS, QUI HUCUSQUE CURATU

IMPOSSIBILES DICEBANTUR.



JUXTA EXEMPLAR VINDOBONENSE.

Apud JOHANNEM NOURSE.

MDCCLX.

ZICHÖTE PUNDTUA

TARRIAGEN PICT, ORDINANTS.

LIBELD EVUS

PRUTARTEMENTAR OUD -

MATUOLO

NON SOLDER DESCRIPTION TO THE SERVE DELICE IN THE TARREST OF THE SERVE OF THE SERVE

AUTRORISE STORY

THE ROLL PRINCIPLE OF THE PARTY OF THE

1410101

Apad Janakanak buga

SACRÆ CÆSAREÆ, REGIÆ, APOSTOLICÆ,

MAJESTATI,
MARIÆ THERESIÆ,

AUGUSTISSIMÆ ROMANORUM

IMPERATRICI,

HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆ, &c. &c.

R E G I N Æ,

ARCHIDUCI AUSTRIÆ, &c. &c.

D O M I N Æ,

SUÆ CLEMENTISSIMÆ

ANTONIUS STÖRCK.

MAJESTALES,

MAJESTALES,

MAJESTALES,

AUSUSTALES,

INFERNACIONALES,

INFERNACIONALE,

CROAFIA TOLAVONE, Sc. Sc.

ARCHIDUCI AUSTRUM, Seq. Sec.

SULE CLEMENTERS MAN

AUGUSTISSIMA ROMANORUM IMPERATRIX!

DOMINA CLEMENTISSIMA!

Quamvis omnes scientiæ & artes, TUO favore & infinita TUA clementia restauratæ, mira cum industria atque inesfabili contentione bac in antiquissima Universitate Viennensi ornentur & excolantur, nemo tamen est, qui dubitat, scientiam medicam ex bis omnibus maxime eminere, vigere, florere.

Nec mirum! etenim non modo summi in hac scientia Professores indefesso suo diurno, nocturnoque labore ea omnia nia excogitant, tentant, & perficient, quæ ad discipulos in omnibus medicinæ principiis erudiendos, & in vera ac unica Hippocratica praxi sirmos reddendos apta & necessaria arbitrantur; sed & ipsi, ex his Scholis nati, practici, magistrorum exempla sequentes, quocunque possibili studio, & sedula observatione salubri buic scientiæ amplistandæ insudant.

Ego propterea anno præterito, facta in meo nosocomio, observata congessi, & in publicum edidi.

Gaudebam tunc vehementer, dum vidi, bæc a Viris in arte gravissimis comprobari, & laudibus, non meritis, efferri.

Unde eo magis incitatus, pro hoc quoque anno, jam multum allaboravi, collegi.

Ante Ante omnia autem credidi communicanda esse experimenta nova, quæ circa usum Cicutæ institui.

Hæc igitur, fidelissimo calamo adumbrata, in exiguum opusculum redegi.


Quoniam autem prævideo, magnam inde in humanum genus utilitatem promanaturam, ausus fui, hunc novum laborem ad SACRATISSIMÆ TUÆ MAJESTATIS pedes bumillime deponere, TIBI dedicare, consecrare.

Etenim multiplici experientia convicti sumus omnes, TE ea, quæ in re litteraria bona & salubria siunt, benignissime semper recipere, TE ea sustinere, & immensa TUA benevolentia propagare.

Et

Et profecto! extra omne dubium est, sore: ut boc opusculum, GLO-RIOSISSIMOTUO NOMINE præmunitum, alios quoque medicos au ulteriora experimenta debitis cum cautelis capienda & prosequenda impellat.

Quæ autem deinceps meum ingenium ad sublevandas aut tollendas ægrorum Calamitates conferre poterit, ea (si DEO placuerit) maxima semper fervore, & summa industria præstare enitar.



CAPUT I.



Ariæ inter Medicos & Botanicos ortæ funt lites de cicuta, quam ego ad extractum faciendum adhiberem.

Descriptionem ex Morisono

dedi, satis claram.

Hinc tantum paucis nunc adnoto, meam cicutam esse cicutam majorem, vulgarem, maculatam, fætentem,

Linnæus eam habet sub nomine conii seminibus striatis. Vide species plant. pag. 243.

N. 1.

Mathiolus eam describit pag. 772.

C. Bauchin. pag. 160. Tabern p. 1170.

Cicutariam majorem, vulgarem, eam vocat Clausius hist. 2. p. 200.

Ad extractum faciendum optime colligi-

tur, antequam pandantur flores.

Radix autem ad extractum non adhibetur,

verum reliqua tota planta.

Succus expressus in vase terreo, vitrate, lento igne, & sæpius agitando coquitur ad spissi extracti consistentiam.

Rogo autem, ne pharmacopæiæ nimium fint folliciti in depurando hoc fucco; amo enim potius, ut fit crassium, fere pulposum extractum.

A Ex

Ex decocto herbæ siccæ potest quidem parari extractum, dum ex recenti haberi non potest.

Verum longe minus efficax est.

Doleo summopere centenas aliquot libras extracti cicutæ, ex herba sicca parati, me inscio, Vienna in alias regiones esse transmissas; etenim essectus neque adeo bonus, neque ita velox esse potest, ut ab extracto ex succo, recenter expresso, parato.

Hæc herba omnibus Pharmacopæiis erat sufpecta, virosa; hinc sub initium nolebant sufficientem, quam petii, copiam, parare.

Dum vero viderunt pilulas in omnes regiones desiderari, desecit eis herba recens.

CAPUT II.

CASUS PRIMUS.

A Neilla, 22. annorum, a primis suæ ætatis annis scirrhosis glandularum circa
aures & maxillam tumoribus laboravit; quinquennio autem abhine oriebatur tumor magnus, qui se ex gena sinistra per totum ejusdem lateris collum usque ad claviculam extendit, & semper lapidis instar durus & indolens
suit.

Ultimo triennio hicce tumor mole caput viri sensim adæquavit. Glandulæ subaxillares quoque induratæ sunt. Præterea dextrum colli latus quindecim scirrhi, quorum minimus ovo gallinaceo par erat, occuparunt, mamma utraque scirrhosa quoque sacta est.

Quamvis

Quamvis hæc fæmina effet valde defædata, luem tamen veneream contraxit.

Deferebatur ideo ad nostrum nosocomium.

Decoctis antivenereis, & purgantibus, dulci mercurio mistis, morbum tunc aggressus fui, unde quædam luis venereæ symptomata mitiora siebant.

Quum autem hæc cura nimium tarda mihi videbatur, dedi mercurium fublimatum corrofivum, in spiritu frumenti solutum, præter decoctum saturatum & copiosum radicis bardanæ.

Hac ratione morbus venereus spatio quin-

que septimanarum optime curatus est.

Verum circa tumores scirrhosos nil mutatum fuit, nisi quod in mamma dextra ma-

jor dolor adverteretur.

Curata igitur lue venerea ad scirrhos dissolvendos volui transcendere, ast sœmina noluit amplius in nosocomio morari, firmissime persuasa, quod nullum foret medicamentum, quod tumores adeo magnos & annosos solveret.

Quapropter dimittebatur. Verum vitæ lubricæ assueta sibi sufficienter cavere non potuit, unde in crimine deprehensa, ad carceres

ducebatur.

Incidit tunc in febrem continuam, & denuo ad nostrum nosocomium translata est.

Sumtis remediis antiphlogisticis intra quin-

decim dies ex hoc morbo convaluit.

Amavit postea potius remanere in nosoco-

mio, quam iterum ad carceres deduci.

Hinc optimam nactus sum occasionem cicutæ vires experiundi.

A 2 Externe

Externe in principio nil addlicui, ut vierem, an usu solo interno in hos pertinaces tumores cicuta quid posset.

Propinavi mane & vesperi pilulas quatuor, quarum quælibet habuit pondere grana duo.

Post quinque dies, jam omnes tumores erant magis mobiles, & tumor magnus ex latere colli sinistro tangebatur multo mollior.

Vidi igitur, cicutam solo usu interno esse admodum essicacem, & præstare talia, quæ a fortissimis mercurialibus nequaquam poterant essici.

Ut tamen curationem facerem celeriorem, externe omnes tumores emplastro de cicuta texi, & huic imposui cataplasma ex herba cicutæ paratum, auxique dosin pilularum.

Decimo die tumor magnus erat multo minor, mollior, idem in utraque mamma

vidi.

Reliqui autem scirrhi, quamvis molliores, minores tamen facti non sunt, & erant in

superficie inflammati, dolentes.

Decimo feptimo die tumor in parte colli finistra erat multo minor, mamma utraque mollis, mobilis, reliqui plurimi scirrhi in suppurationem abire coeperunt.

Ægra sumsit sex pilulas mane & totidem vesperi, quarum quælibet habuit grana qua-

tuor.

Vigesimo quarto die quidam scirrhi jamerant in pus soluti, cutis tamen arte non scindebatur, quoniam rupturæ erat proxima.

Colli tumor & mammæ erant multo mi-

nores.

Sequentibus diebus, quidam tumores rupti funt, & fuderunt pus bonum, copiosum; nihilominus emplastrum de cicuta & cata-

plasma sedulo applicata sunt.

Trigesimo sexto die in aliquibus locis omnis tumor abfuit, & quibusdam in partibus cutis rupta jam iterum cœpit coalescere, colli & mammarum scirrhosi tumores 3 erant diminuti.

Dedi dein quater per diem pilulas quinqué, granorum quatuor, nec amplius auxi dofin.

Et hac ratione usu emplastri, & cataplasmatis de cicuta, & usu extracti cicutæ spatio trium fere mensium hæc fæmina integre curata fuit. Collum & mammæ redierunt ad statum naturalem, & fæmina, antehac turpis & difformis, fat formosa facta est.

Menses debito tempore & sufficienti copia femper fluxerunt, & iis fluentibus medica-

menta cum euphoria continuata funt.

Bis toto curationis tempore datum est purgans antiphlogisticum, quoniam alvus erat

fegnis.

Usu extracti cicutæ nullæ prorsus in corpore turbationes observatæ sunt, ægra semper appetiit, robusta fuit, nec de ullo dolore conquerebatur.

Lætabar multum, dum vidi morbum adeo rebellem & pertinacem fola cicuta facillime

effe curatum.

Et quum toto curationis tempore hæc ægra honeste & pie se gessit, promisitque talis vitæ perpetuam continuationem, feci, ut adhuc in nofocomio

nosocomio sui criminis absolveretur, & donaretur libertate.

CASUS SECUNDUS.

Oemina, 36. annorum, ad nostrum nosocomium suscipitur propter mammæ sinistræ tumorem ingentem, & duritiem valde dolentem.

Dum mammam bene consideravi, inveni eam capite infantis multo majorem, duram, immobilem, in tubera livida, submollia, & admodum dolentia elevatam; venæ erant varicosæ, & brachium sinistrum tumuit, & præ dolore non potuit moveri.

Externe tunc mollissima linteamina applicui, ut omnis affrictus evitaretur; interno pro remedio dedi extracti cicutæ mane & vesperi grana duodecim præter infusum hederæ ter-

restris.

Quarto die, quo hæc ægra his remediis utebatur, mamma tota fuit mollior, ast tubera erant majora, & ichorem sudarunt. Dolores præterea fuerunt magni, & noctes debebant opio pacari.

Septimo die eadem erant symptomata, dedi tunc mane & vesperi extracti cicutæ grana

octodecim.

Nono die tria mammæ tubera rupta funt, & exiit materies subfusca, copiosa, sætens, & mammæ moles concidit. & dolores remiserunt.

Undecimo die copiosus ichor fœtidus efflux-

it, dolores autem erant mites, color mammæ rutilus, nullus aderat livor.

Dedi mane & vesperi scrupulum unum extracti cicutæ.

Decimo quarto die ulcera dederunt copiosissimum ichorem; mammæ moles suit minor, ægræ autem vires multum diminutæ sunt, subinde advertebatur horror per totum corpus, & subsequebatur pulsus celerior, sitis & calor.

Diminui igitur dosin extracti, & tantum grana decem mane & totidem vesperi exhibui; verum dedi præterea corticis Peruviani selecti drachmam unam omni trihorio diei.

Decimo fexto die horrores erant minus frequentes; ichoris loco prodiit pus, vires autem manserunt adhuc debiles, & ægra sitivit. Iisdem remediis adhucdum continuavi.

Vigesimo primo die nullus amplius horror advertebatur, vires auctæ sunt, & rediit appetitus, pus ex mamma prosluens erat bonum, mammæ color suit sere naturalis. Tumor autem superstes erat adhuc valde durus, nequaquam vero dolens.

Eadem ratione adhuc per sex dies continuavi, verum omnia manserunt in eodem statu.

Unde vigesimo septimo die dedi iterum mane & vesperi grana octodecim extracti cicutæ, & bis per diem drachmam unam corticis Peruviani, externe autem tunc applicui cataplasma ex lacte & cicuta paratum, & mammæ cavitates linteis carptis, insuso cicutæ madidis, repletæ sunt.

A 4

Trigefimo

Trigesimo sexto die vires erant bonæ, color mammæ naturalis, in ulcere pus bonum, appetitus magnus, somnus tranquillus. Abstinui a cortice Peruviano, & sola cicuta iterum usus sui. Dedi mane & vesperi scrupulum unum extracti cum aliquot unciis infusi flor. samb. sol. veron. heder. terrest.

Quinquagesimo die moles mammæ suit multo minor, pus bonum, dolor autem erat subinde adeo acutus, ut noctes, dato licet opio, inquietæ suerint.

Verum observavi post magnos tales dolores copiosissimum serum ex ulcere fluxisse, & tu-

moris molem esse imminutam.

Dedi tunc drachmam extracti cicutæ per diem, externis fomentis ex cicuta fedulo continuavi.

Sexagesimo quarto die mammæ ulcus copiosissimum serum fudit, labia autem, quæ hucusque erant valde rebellia, crassa, callosa, reslexa, cæperunt emolliri, fundi, & partim pure consumi, vires manserunt bonæ.

Auxi extracti dosin, & exhibui quotidie

grana octoginta.

Mammæ ulcus copiosissimo sero semper stillavit, pus autem bonum tunc visum non est;

verum neque fœtor observabatur.

Septuagesimo die ægra siccitatem pectoris & tussiculam inanem conquerebatur, mammæ autem & labiorum moles multo minor suit, dolores per vices erant admodum vehementes, & vires iterum decrescebant, & aderat ingens setor.

Denuo igitur ad corticem Peruvianum confugi, & dedi quotidie unciam dimidiam corticis, & drachmam dimidiam extracti cicutæ.

Præterea justi, ægra biberet copiosum serum lactis aut decoctum saturatum radicis althææ

& glycyrrhizæ.

Labia texi emplastro de cicuta, ulcus autem implevi infuso leni cicutæ, cujus libræ uni

addebant drachmæ duæ aceti lithargyrii.

Vires sensim iterum auctæ sunt, tussicula desiit, nimius ichoris sluxus minuebatur, & pus in ulcere bonum comparuit, dolores autem subinde erant vehementes, & somnus debebat opio conciliari.

Octogesimo quarto die ægra sat bene se habuit, labia ulceris erant minora, mobilia, doloris expertia, ulcus mammæ mundum, durities minor, dolores exigui, vires suffici-

entes, appetitus bonus.

Dedi tunc scrupulos duos extracti cicutæ per diem & drachmas duas corticis Peruviani præter copiosum serum lactis, & decoctum emolliens; externa remedia non sunt mutata.

Nonagesimo die mammæ moles suit multo minor, labia læte rubebant, & erant slaccida,

ulcus dedit pus bonum.

A cortice Peruviano tunc abstinui, & dedi

drachmam integram extracti cicutæ.

Centesimo die omnia iterum erant meliora, pus bonum, vires sufficientes, noctes tranquillæ.

Dedi dein scrupulos quatuor extracti cicutæ, & reliqua omnia sedulo continuata sunt.

Centesimo decimo quarto die labia erant

fordida, copiosum serum ex ulcere fluxit; verum mammæ moles suit minor, dolores pauci, vires bonæ.

Dedi drachmam unam & dimidiam extracti cicutæ per diem, toti autem ulceri & labiis imposui cataplasina ex cicuta paratum.

Intra quatuor dies ex labiis magna frusta ceciderunt, ulcus dedit copiosissimum ichorem, unde mammæ & labiorum tumor citissime diminutus suit.

Verum ægræ vires prosternebantur, & nova iterum febricula orta est, & sæpius adver-

tebantur horripilationes.

Hinc dedi iterum corticis Peruviani unciam dimidiam per diem, & scrupulum unum extracti cicutæ; labiis imposui emplastrum de cicuta, & ulcera replevi linteis carptis insuso leni cicutæ & aceto lythargyrii madidis. Præterea serum lactis copiosum, & decoctum radicis althææ & glycyrrhizæ datum est.

Centesimo trigesimo die paucum ex ulcere ferum prodiit, pus autem bonum aderat & copiosum, labia erant parva, rutila, indolen-

tia, vires meliores.

Eadem tamen corticis dosi continuavi, cicutæ autem extracti drachmam dimidiam exhibui, remedia externa adhuc eadem adhibebantur.

Centesimo trigesimo sexto die omnia erant

meliora, vires bonæ, noctes tranquillæ.

Corticis Peruviani dofin tunc diminui, & dedi drachmas duas, extracti autem cicutæ dedi drachmam unam cum copioso sero lactis, externa remedia continuata sunt.

Centesimo quadragesimo secundo die ægra bene habuit, labia fundebantur, & mera spongiosa substantia videbatur superesse.

Reliqui tunc corticem Peruvianum, & folo extracto cicutæ, & copioso sero lactis usus

fum, externe eadem remedia applicui.

Centesimo quinquagesimo die omnia iterum erant meliora, minora, pus in ulcere bonum, vires bonæ; dedi scrupulos quatuor per diem de extracto cicutæ, & externe cataplasma ex sola cicuta applicui.

Centesimo sexagesimo die labia fuerunt exigua, fere cuti æqualia, durities fere omnis evanuit, vires constabant, dolores vix obser-

vabantur.

Dedi drachmam unam & dimidiam extracti quotidie, & cataplasma ex cicuta sedulo apposui per diem, noctu autem emplastrum de cicuta.

Centesimo septuagesimo die ulcus erat planum, omnis enim tumor, omnis durities abiit, labia erant penitus consumta.

Per triduum adhuc applicui cataplasma ex cicuta, & eandem extracti dosin continuavi.

Dein vero, quum omne durum esset confumtum, & quoniam copiosum serum ex ulcere, quamvis puro, sluxit, externe tantum applicui lintea carpta lenissimo insuso cicutæ madida, interne autem dedi ter de die drachmam dimidiam corticis Peruviani, & mane ac vesperi grana sex extracti cicutæ, justi præterea, ut copiosum serum lactis ægra biberet.

Glandulæ subaxillares, quæ etiam erant scirrhofæ, eodem fere tempore evanuerunt, tria tantum supererant tubercula, piso fere æqualia.

Brachium, quod prius præ dolore moveri non poterat, jam erat satis mobile, & vires

bonæ.

Sexto die cœpit ex margine ulceris cuticula alba prodire, quæ sese sensim versus centrum extenditt, promisitque ulceris consolidationem.

Decimo quarto die usu eorundem tum externorum quam internorum remediorum, ulcus tenui cuticula jam fere clausum erat; verum hæc cuticula hinc inde iterum rumpebatur, & exstillavit serum acre.

Dedi igitur purgans ex rhei drachma dimidia, ex scammonii granis octo, & ex quinde-

cim granis falis polychresti.

Alvus inde fexies copiose mota est, & ægra bene habuit.

Altero a purgatione die eandem iterum dofin corticis Peruviani, & extracti cicutæ exhibui, & externe adhuc lenissimum cicutæ infusum applicui.

Nata est firmior cuticula, quæ tamen hinc inde adhuc erodebatur a materie acri tranfu-

dante.

Hinc post octiduum idem purgans ægræ iterum datum fuit.

Dein vero corticem Peruvianum & cicutæ extractum in eadem dosi continuavi, & externe applicui unguentum nutritum.

Spatio viginti dierum firma nata est cicatrix & mammæ nullum supererat vestigium, atque omnes, qui hanc fæminam viderunt, credebant mammam fuisse resectam.

Abstinui dein ab omni medicamento, & fœminam per 14. dies in nosocomio retinui, ut viderem, an denuo malum reverteretur.

Verum ægra optime movit brachium, &

ulcus mansit firmissime clausum.

Dedi dein adhuc idem purgans, & post tres dies sanissimam dimisi.

Dum mihi egit gratias, rogavit simul, ut darem licentiam me adeundi, dum quid in mamma adverteret; concessi hoc facillime, verum jam sex menses præterlapsi sunt, & sæmina non rediit.

Dominus Haffner, egregius mei nosocomii Chirurgus, summa cum sedulitate, attentione, & experientia huic sæminæ succurrit, & remediis externis secundum rationem, & symptomata optime applicatis, plurimum ad curationem contulit.

CASUS TERTIUS.

fædum cancrosum ulcus in regione lumbali sinistra habuit, hoc ulcus repsit continuo in latum & profundum, & jam cæpit lumborum vertebras arrodere. Præterea fungi cancrosi undequaque propullularunt.

Postquam diversi & optimi chirurgi remedia maxime convenientia incassum tentassent,

æger nostrum nosocomium accessit.

Doctissimus Chirurgus Haffner remediis primo lenioribus, dein causticis, tandem ferro & igne conabatur fungosum cancrum consumere, ulcus depurare, & claudere.

Ego remedia, fanguinis massam depuran-

tia, quæ maxime conducerent, præscripsi.

Subinde per unum alterumve diem quidquam nobis videbamur proficere; verum mox prius malum rediit, & quandoque fuit deterius.

Unde omnia frustra tentari vidimus.

Cortex Peruvianus, qui alias mira præstitit in ulceribus putridis, magna dosi &

longo tempore datus, nil effecit.

Quapropter cataplasma ex cicuta externe apposuit Dominus Haffner, & ego jussi, æger assumeret mane & vesperi grana novem extracti cicutæ, & copiosum decoctum hordei, vel serum lactis biberet.

Æger antehac erat macilentus, debilis, & cachecticus, & circa vesperas habuit horrorem, febrem, & dein sudorem copiosum, defatigantem.

Verum nunc intra aliquos dies cœpit appetere, quiete dormire, & in ulcere pus bo-

num comparuit.

Octavo die justi drachmam dimidiam extracti cicutæ assumeret, externe cataplasma sedulo renovatum est.

Duodecimo die ulcus erat purum, fungi cancrosi mobiles, flaccidi, nullo modo dolentes, circa vertebras quædam ossium fragmenta separabantur.

Decimo

Decimo septimo die nulla amplius ad vesperas horripilatio observabatur, æger bene dormivit, nec sudavit, & vires quotidie auctæ sunt, in ulcere erat pus laudabile, e sungis circa ulceris margines copiosum serum sluxit.

Vigesimo die ex vertebris arrosis plurima granula ossea separata sunt; hinc inde in ulcere incipiebat sormari cicatrix, quoniam autem sungi erant slaccidi, nullo modo dolentes, & quoniam nimis lente consumebantur, & hac ratione ulceris consolidationem impediverunt, Dominus Haffner eos cultro rescidit.

Æger nullum inde dolorem sentiebat; medicamenta interna externaque continuata sunt.

Vigefimo quinto die undequaque ex ulceris margine nascebatur cuticula, & hac ratione ulcus in sanationem vergebat, color aderat læte ruber, pus bonum, paucum.

Vires ægri erant bonæ, appetitus bonus,

noctes tranquillæ, alvus liberrima.

Externa internaque remedia continuata funt.

Trigesimo die ulcus jam sere totum erat clausum, nec ulli amplius sungi crescebant, æger optime habuit.

Quadragesimo die ulcus firmam habuit

cicatricem, & æger fanus videbatur.

Nihilominus adhuc per quatuordecim dies mane & vesperi dedi grana sex extracti cicutæ, & multum serum lactis, ut hac ratione omne acre & cancrosum ex sanguine separaretur.

Postea dedi purgans, & hominem sanum

dimisi.

CASUS QUARTUS.

Poemina, 36. annorum, ulcus fœdum in tibia dextra a pluribus annis habuit, adhibita remedia interna externaque ulcus quidem subinde fere sanarunt; dum autem proximum erat consolidationi, subito iterum ruptum est; copiosus & acerrimus ichor essluxit, & crevit caro sungosa.

Balnea diversissima mineralia prodesse quandoque videbantur; verum mox iterum prius

malum rediit.

In nostro nosocomio diversa tentavimus, quæ acre sanguinis corrigerent, externe carnes sungosas consumerent, & dein ulcus consolidarent.

Verum nullum habebamus fuccessum.

Nam licet ulcus uno alterove die integre clausum esset, nulla tamen sirma cicatrix inducebatur, unde brevi iterum ortus est pruritus, & transudavit ichor, propullularunt carnes sungosæ & ulcus in pejus ivit.

Adhibebatur igitur solum insusum cicutæ pro somento externo, & noctu ulcus emplastro de cicuta tegebatur, interne præter

ferum lactis datum est nihil.

Contigit tune, ut carnes fungosæ sponte

separatæ fuerint, dein ulcus intra viginti octo dies firmissima cicatrice obductum suit,

& pes poterat optime moveri.

Datum tunc est purgans, & relinquebatur fœmina adhuc per octiduum in nosocomio absque omni medicamento; cum dein ulcus optime clausum videretur, ex nosocomio dimissa fuit.

CASUS QUINTUS.

IR, 62. annorum, annosum & sædum ulcus habuit in regione abdominis dextra, quod erat unam spithamam longum, & septem pollices latum, profundumque adeo, ut fere in cavum abdominis penetrarit.

Ad thoracem finistrum fere æque magnum ulcus fuit, quod copiosum, fœtens, & acre ferum fudit, & costas arrosit.

Dato purgante Dominus Haffner fomen-

tum ex cicuta applicuit in utroque ulcere.

Quoniam æger simul tussi laboravit, datum ei est decoctum ex radice & soliis althææ, cui addebatur oxymel simplex, & stibium diaphoreticum non ablutum.

Intra paucos dies utrumque ulcus longe purius fuit, & bonum pus comparuit, & æger,

antea debilis, videbatur recuperare vires.

Circa decimum diem ex costis cariosis multa fragmenta separabantur, & ex ulceris margine cœpit nasci cuticula alba.

Ulcus abdominis fuit minus profundum, &

B

dedit bonum pus.

Decimo quarto die præbui iterum purgans; dein cum eodem decocto althææ continuavi.

Decimo septimo die utrumque ulcus longe purius, & minus latum suit, ex costis semper

quædam fragmenta separata sunt.

Trigesimo secundo die ulcus thoracis erat clausum, & tussis fere omnis cessavit; ulcus abdominis vero erat adhuc satis magnum.

Id tamen quoque circa quinquagefimum diem folo usu externo cicutæ sanatum est.

Dabatur dein adhuc purgans, & bonus fenex fanus ex nosocomio dimittebatur.

Narravit tunc, quod per decem circiter annos hæc ulcera habuerit, quod fere omnes suos reditus in sanationem consumserit, quod tentata innumera remedia prorsus nil juverint, & quod sub sinem, omnibus fere viribus exhaustus, ut ultimos siniret dies, esset ad nosocomium translatus.

CASUS SEXTUS.

Oemina, 28. annorum, quatuor annis mammam sinistram gessit magnam,

lapidis instar duram.

Circa aëris & tempestatis mutationes vehementes in hac parte dolores sensit, quum autem hi dolores semper sponte cessarunt, & quum color mammæ mansit naturalis, nec tumor motum brachii impedivit, nullum applicuit remedium, neque ulli homini hanc mammam ostendit.

Denique sub finem mensis Februarii 1760. morbo acuto afficiebatur, unde ad nostrum nosocomium translata est.

Intra viginti sex dies ex hoc morbo sat gravi

cœpit convalescere.

Dum vero e lecto surrexit, & ambulavit; sensit dolorem continuum, rodentem, lancinantem in mamma dextra; cum tamen hicce dolor non erat adeo vehemens, cum per plures dies celavit.

Dein vero præ nimia doloris vehementia non potuit dormire, & amisit appetitum ac vires; monstravit propterea mammam Domino Haffner, & is me hac de re monuit.

Invenimus mammam durissimam, purpuream, nigris & lividis striis variegatam, intumuit simul brachium ejusdem lateris; dolores erant enormes, rodentes, lancinantes, venæ erant nigræ, varicosæ.

Pulsus celer, parvus; cor continuo palpi-

tavit.

Externe illico applicuimus fomentum ex cicuta, pro interno autem remedio dedi emulfum leniter nitrofum, opiatum.

Eadem nocte mitigabatur dolor & fequeba-

tur fomnus fat tranquillus trium horarum.

Post somnum erant dolores iterum ingentes, & ex usu somenti nil adhuc huc in mamma mutatum suit.

Ut alvus solveretur injectum est enema, & dein continuabatur emulsum paregoricum, nitrosum.

Nox insequens suit longe tranquillior, & dolores

dolores in mamma videbantur admodum mites, neque tamen color, neque durities, neque tumor mutatus fuit.

Tertio die quonium pulsus sat bonus deprehensus est, dabantur mane & vesperi grana octo extracti cicutæ, superbibendo aliquot uncias decocti althææ.

Sera autem vespera, ut nox esset tranquilla, datum est remedium paregoricum.

Nox tota erat quieta, & ægra somno mul-

tum reficiebatur.

Mane dolores fuerunt exigui, mamma erat mollior, & melius tulit rudiorem adtactum.

Brachium autem præ dolore & tumore ne-

quaquam poterat moveri.

Duodecimo die jam nullæ amplius striæ nigræ, aut lividæ aderant; venæ varicosæ erant vix non in statum naturalem contractæ, dolores suerunt pauci, & tumor brachii quoque diminutus est.

Data tunc sunt grana decem extracti cicutæ mane & vesperi, fomentum ex cicuta sedulo applicatum est, vespertinum autem paregoricum omittebatur, quoniam ægra, a doloribus minus vexata, jam sponte cæpit dormire.

Vigesimo die color mammæ suit sere naturalis; verum durities erat ingens, neque mamma erat mobilis, accreta videbatur; brachii tumor suit multum imminutus, & ægra potuit digitos & manum citra dolores movere.

Dedi tunc extracti cicutæ grana triginta duo per diem, & fomentum sedulo continua-

tum est, noctu tegebatur mamma emplastro de cicuta.

Vigefimo tertio die mamma iterum rubuit, aderant ingentes dolores, qui ab eo tempore sese infinuabant, quo appositum est noctu emplastrum de cicuta.

Removi igitur emplastrum, & solo iterum fomento & cicutæ extracto usus sum: vesperi

dedi paregoricum, ut nox effet quieta.

Trigesimo die mamma iterum habuit colo-

rem naturalem, dolores fuerunt exigui.

Dedi per diem quadraginta grana extracti

cicutæ, & fomentum continuatum est.

Quadragesimo die brachium totum detumuit, & sat bene poterat moveri; mamma

fuit minor, mollior, & mobilior.

Quinquagesimo die omnia iterum in mamma erant meliora; verum sœmina a cibis abhorruit, & oris amarorem conquerebatur, & crura paulisper intumuerunt; concessi propterea, ut ab extracto cicutæ per aliquot dies abstineret, jussique, ut insusum slorum sambuci copiosum biberet, somentum autem ex cicuta continuatum est.

Quinquagesimo quarto die dedi purgans ex rheo, pauco scammonio, & sale polychresto.

Alvus inde quater mota est, & altero die viguit appetitus, & crurum tumor fere omnis disparuit; mamma fuit mobilis, nec doluit ab adtactu, per vices tantum advertebantur lancinantes & vagæ punctiones.

Fumo leniter aromatico feci dein crura fri-

cari; ad mammam vero fomentum ex cicuta

sedulo appositum est.

Sexagesimo die, quoniam ægra optime habuit, & crura erant naturalia, & appetitus bonus, dedi iterum extracti cicutæ mane & vesperi grana sex, & copiosum insusum florum sambuci.

Sexagesimo sexto die mamma in multa minora tubercula divisa videbatur, nec ullus aderat dolor.

Dedi tunc mane & vesperi grana decem extracti cicutæ, fomentum sedulo continuatum est.

Octogesimo die mammæ moles suit admodum exigua, brachium potuit citra omnem dolorem moveri, ægra sufficientes vires & bonum appetitum habuit, noctu quiete dormivit.

Nonagesimo primo die pauca adhuc in mamma durities supererat, quæ in omnem partem poterat volvi; ægra autem ob continuam fomenti applicationem jam erat impatiens, neque ingratum odorem amplius poterat serre, hinc illud removi, & ejus loco emplastrum de cicuta applicui, dedique mane & vesperi grana quindecim extracti cicutæ.

Emplastrum jam nollos dolores excitavit; omnia quotidie in melius mutata sunt, & centesimo vigesimo quinto die mamma erat flaccida, pendula, nec minima tangebatur durities.

Discessit tunc hæc ægra ex nosocomio; justi autem, ut aliquamdiu adhuc pilulis de cicuta cicuta in parva dosi uteretur, ut hac ratione malum tam facile non rediret.

CASUS SEPTIMUS.

Irgo, 21. annorum, cancrum apertum in mamma finistra habuit, præterea tussivit frequenter, & conquerebator in thorace finistro continuum ardorem & dolorem erodentem.

Tota sanguinis massa erat corrupta, & ægra simul scabie laboravit, & erat penitus emaciata, & vespertino tempore quotidie sensit horrorem, & dein calorem, tandem sudorem sætidum.

Ulcus copioso ichore fætente manavit.

Pessimis his in circumstantiis tentavi cicutam, & statim dedi mane & vesperi octo grana extracti cicutæ, externe somentum ex eadem cicuta applicui, præterea autem debebatægra copiosum serem lectis aut lac purum, dupla aquæ copia dilutum, bibere.

Spatio duodecim dierum ægra melius habuit, minus tussivit, exacerbationes vespertinæ & sudores nocturni fere cessarunt, vires auctæ sunt, in ulcere cancroso tenue pus comparuit, sluxus ichorosus imminutus est, nec advertebatur sætor.

Verum mansit in thorace ardor & dolor erodens.

Dedi tunc quater per diem grana octo extracti cicutæ, & reliquis remediis continuavi.

Trigesimo die mammæ moles suit multo minor, vires satis bonæ, ulcus purum, appe-

B 4

titus

titus magnus, fomnus autem, ob continuum ardorem sub mamma, erat sine opio turbatus, anxius.

Scabies incipiebat exficcari, & ægra potuit extra lectum esse.

Exhibui scrupulos duos extracti per diem.

Quadragesimo sexto die ægra sat bene habuit, mammæ moles suit multo minor, & ulcus cœpit diminui.

Remansit autem ardor & dolor erodens in thorace sinistro, quamvis is per vices admodum

exiguus fuerit.

Sexagesimo die mammæ durities fere tota evanuit, & ulcus fuit multo minus, purum.

Dedi tunc drachmam unam extracti cicutæ

per diem, & reliqua continuata funt.

Octogesimo die omnis durities disparuit, &

ulcus erat fere integre claufum.

Ardor autem & dolor erodens in thorace finistro per vices erant admodum sævi, & propterea noctes quandoque turbatæ sunt.

Vires erant utcunque bonæ; scabies integre disparuit, faciei color fuit fere naturalis; ve-

rum ægra mansit macilenta.

Octogesimo quarto die sanatum erat ulcus, ægra extra lectum ambulavit, appetiit, & quandoque sine opio placidissime dormivit.

Comparuit tunc fluxus menstruus, qui jam per quinque menses siluit; lætabatur propterea hæc ægra, & speravit non absque ratione, ardorem & dolorem erodentem in thorace sinistro nunc cessaturum, quoniam is incepit, dum sanguis menstruus retinebatur.

Fluxus

Fluxus per binos dies continuavit; tertio autem die sistebatur, & tunc ardor & dolor erodens in thorace sinistro illico auctus est, & ægra iterum pejus habuit.

Quarto die ad inferiorem mammæ marginem ortum est tuberculum purpureum, &

valde dolens.

Dominus Haffner, ut dolores mitigaret, ad-

plicuit cataplasma emollientissimum.

Quoniam autem ægra magnam habuit sitim, & validam febrim, & pulsum durum, vena ipsi secta est, & data sunt decocta resolventia, antiphlogistica.

Paucum inde levamen sequebatur.

Sexto die ruptum est tuberculum & effluxit

copiosus & acerrimus ichor.

Stylo tunc inducto in aperturam invenit chirurgus finum, qui sub musculo pectorali repsit fere usque ad superiorem mammæ marginem, ibique advertebatur costa arrosa; hinc, quum vires adhuc satis bonæ essent, sinum totum partesque omnes superjacentes chirurgus perscidit, ut videret, quousque costa esset corrupta.

Facta hac sectione ægra breve animi deliquium passa est, unde vulnus ligabatur, & omnia in diem posterum relinquebantur.

Vesperi aderat ingens febris, & magnus dolor; ideo remedia antiphlogistica & emulsa paregorica ægræ data sunt, & nox siebat satis quieta.

Altero a sectione die Dominus Haffner aperto iterum vulnere invenit plures costas arrosas,

rosas, & aperturam aliam, quæ in pectoris cavum penetravit, & per quam tussiendo ichor

fœtidus expellebatur.

Injectum tunc est in cavum pectoris decoctum hordei cum pauco melle rosaceo, ut ulcus mundaretur, & ut separatio impuri a sano fieret.

Emulsis nitrosis, paregoricis continuatum fuit, & ægra sat bene se habuit.

Circa vesperas autem quotidie orta est febri-

cula, & noctu sequebatur sudor.

Quinto die quoniam apertura in cavum pectoris admodum parva erat, Dominus Haffner eam dilatavit, ut illud, quod in cavo continebatur, posset facilius effluere, & elui.

Octavo die quædam fragmenta offea post injectionem ex vulnere prodierunt, unde certum

erat costas interius esse quoque cariosas.

Multum igitur corticem Peruvianum ægræ dedi, præter decoctum lignorum, & lac vaccinum.

Tentavimus tunc injectiones magis deter-

gentes, balfamicas.

Verum has ægra non tulit, orta est sebris major, & multus dolor, atque materies ex ulnere prodiens valde sætuit.

Hinc ab his abstinebatur, & folum decoctum

hordei cun melle iterum injectum fuit.

Separabantur subinde quædam ossea fragmenta, quæ post magnam tussim per aperturam cum multo sætido ichore propellebantur.

Nihilominus ardor & dolor erodens nequaquam fiebant mitiores, imo in anteriore thorace sese magis extenderunt, & sæmina, licet magna corticis Peruviani dosi quotidie uteretur,

debilis fuit, & febris vespertina aucta est.

Post longum igitur usum, dum vidimus hæc remedia parum juvare, conclusimus ego & Dominus Haffner in cavum pectoris injicere infusum cicutæ, & cortici Peruviano jungere cicutæ extractum.

Altero die jam materies ex cavo pectoris prodiens non amplius adeo fœtuit, & dolor ardorque paulisper imminuti sunt.

Post paucos dies videbantur vires augeri, & appetitus; & ægra noctu sat tranquille dormivit.

Dabatur quotidie uncia dimidia corticis Peruviani, & extracti cicutæ scrupulus unus præ-

ter copiofum ferum lactis.

Lene ab initio fiebat infusum cicutæ pro injectione, quoniam autem vidimus id nec pulmones irritare, nec augere anxietates, & bonum præstare effectum, id saturatum dein adhibuimus.

Spatio quatuordecim dierum multa fragmenta offea cum materie tenui, purulenta, ex cavo pectoris prodierunt, ægra multo melius fe habuit, potuit extra lectum esse, & fere semper absque opio quiete dormivit.

Attamen sensim ab adeo magna corticis dosi abhorruit, unde drachmam dimidiam dedi quotidie extracti cicutæ, & tantum drachmas

duas corticis Peruviani.

His remediis, & copiosissimo sero lactis, & injectione, quæ bis quotidie siebat cum saturato cicutæ insuso, hanc ægram per binos & dimidium

dimidium menses conservavimus, & ja m liquam curationis spem in sinu sovebamus.

Contigit autem tunc, ut ægra in pleuritidem

pessimam & fere lethalem incideret.

Nihilominus tamen Eruditissimus Dom. Collin, qui tune nosocomii curam gessit, debitis venæ sectionibus, applicatis cataplasmatibus & præscriptis optimis remediis, effecit, ut dolor punctorius cessarit, & morbus sputis suerit optime judicatus.

Et ægra post hunc morbum iterum vires mediocres recuperavit, materies tamen ex cavo pectoris prodiens multum sætuit, & ichorosa

fuit.

Nequaquam tunc cortex Peruvianus, neque cicutæ extractum, neque ejusdem infusum profuit; pessima febris vespertina iterum supervenit & sudor nocturnus miseram ægram ita defatigavit, ut, intra septem septimanas, tota extenuata obierit.

Sectione anatomica invenimus pleuram in cavo pectoris finistro fere consumtam, & co-stas plurimas in tenues lamellas corrosas.

Pulmo ejusdem lateris hinc inde quoque erat

exefus.

Certo! si hoc ulcus externa in pectoris superficie suisset, ubi manus chirurgica potuisset accedere, aptisque somentis mali progressum impedire, & separationem cariosi adjuvare, hæc ægra & a pessimo cancro, & ab ulcere sœdissimo, suisset optime curata.

In homine, 23. annorum, ex empyemate in cavo finistro pectoris jam morituro, me suadente,

suadente, Dominus Haffner lato vulnere puri exitum pandit, educitque puris tenuis, sætidi,

libras quinque & dimidiam.

Anceps erat & audax confilium, verum, quoniam æger jam fere fuffocatus morti fuit proximus, licuit tale quid tentare, quoniam fæpius vidimus audaci operatione nos hominum dies longiores & minus acerbos reddidiffe.

Educto pure æger pessime habuit, extrema fiebant frigida, evanuit pulsus, facies erat tota collapsa & sudore gelido, crasso, madida.

Doluimus finistrum operationis eventum, nil tamen negleximus, quod adhuc ægro pro-

futurum videbatur.

Spiritu cornu cervi nares, tempora, frontemque bene perfricuimus; dedimus deglutiendam unciam unam vini Austriaci & guttas sex spiritus cornu cervi; videbatur tunc anima redire, & deprehensus est ad carpum pulsus tremulus.

Æger cœpit oculos aperire & anhelare.

Dedimus dein jusculi carnium aliquot un-

cias, & ægrum ad quietem disposuimus.

Verum mansit is anxius, & post horæ quadrantem æruginosa vomuit, & tunc denuo eum moriturum credebamus.

Sopito autem per remedium paregoricum

vomitu, lenis fomnus fequebatur.

Qui, quamvis nec diu duraverit, nec fuerit tranquillus, ægrum tamen aliquantulum refecit.

Altero die æger cæpit loqui, & oblata pa-

tienter affumfit.

Dominus Haffner cavum pectoris decocto hordei & melle rosaceo bene eluit, ego autem præscripsi remedia, tunc indicata.

Intra quatuor dies æger iterum tantas vires habuit, ut se ipsum in omnem partem

citra animi deliquium potuerit movere.

Dominus Haffner stylo in pectus penetravit, & advertit costas multas esse cariosas, tentavit propterea diversas balsamicas, detergentes, & vulnerariae injectiones; nullam autem magis utilem invenit, quam eam, quæ infuso cicutæ facta fuit, hæc enim pus laudabile fecit.

Vires ægri auctæ funt, rediit appetitus.

Nocturnus sudor & vespertina febricula aptis remediis mitigabantur, integre vero sisti

non poterant.

Curationem perfectam sperare nunquam potuimus; verum erat nobis fatis, dum hominem, jam fere mortuum, operatione audaci e mortis faucibus detraximus, & dedimus ei vitam longiorem & minus molestam.

Injectione ex faturato infuso cicutæ, & remediis balfamicis, interno ufu adhibitis, & paregoricis, & diæta lactea in septimum mensem hunc ægrum sat commode conservavimus, tunc autem tempore versus autumnum vergente cœpit iterum fortius tuslire, febricula vespertina aucta est, & intra triginta & unum dies contabuit.

Pulmo reperiebatur plurimum exefus, & costæ cariosæ.

Mirum! quod faturatum infusum cicutæ in cavum pectoris, & ad nudum pulmonem

injectum, nullas turbas, nullas anxietates, &c. excitaverit.

Patet inde cicutæ virus adeo tetrum non esse.

Atque ideo hunc casum hic inserui, quoniam cum priori quid commune habet.

CASUS OCTAVUS.

gestit tuberculum ad linguæ radicem, quod per vices multo dolore afficiebatur, & deglutitionem fecit difficilem, subinde tamen nullus ibidem dolor observatus est.

Hoc tuberculum sensim accrevit in nucis avellanæ magnitudinem; suit totum lividum, & acutissime semper doluit.

Demum ruptum est, & essluxit ichor acerrimus, sætidus, & oriebatur ulcus sædum, latum.

Deglutitio fuit admodum difficilis.

Quidam chirurgi & medici credebant ulcus esse venereum; hinc remediis antivenereis curam inchoabant.

Decocta plurima, varia purgantia, mercurio mista, tandem spiritum frumenti, in quo mercurius sublimatus solvebatur, æger longo tempore incasum assumsit; imo malum auctum est.

Demum falivatione miser penitus extenuatus fuit sine morbi emendatione.

Quum hæc remedia maxime heroica nil effecerunt, æger fato relinquebatur; datum ipsi est testimonium, quod curari non possit, quodque deberet in domum incurabilium suscipi.

Æger

Æger tamen undique adhuc auxilium quæfivit, & fere omnium chirurgorum portas pulfavit; verum vix non ab omnibus fine ope est
dimissus.

Demum venit ad Dominum Haffner, chirurgum mei nosocomii; is, re bene considerata, statim cogitavit cicutam hoc in ægro esse adhibendam.

Unde hunc hominem altero die, dum ad nosocomium veni, mihi ostendit.

Feci illico, ut ipfi lectus pararetur, eumque

in nosocomio retinui.

Erat autem totus emaciatus, vesperi habebat horripilationes, dein calores; tandem sudore copiosissimo maduit, & somnus suit

anxius, inquietus.

Ulcus fædissimum fere totam linguæ radicem exesit, ex ejus margine & sundo variæ sungosæ excrescentiæ propullularunt, quæ omnes erant exulceratæ, & sædissimum ichorem suderunt.

Dolor aderat continuus, ardens; & deglutitio fuit fere impossibilis, ulcus in profundum & latum continuo serpsit, æger non poterat diffincte loqui.

Uvula, tonfillæ, & totæ fauces jam quoque afficiebantur, nam vidimus fat profundas erofiones, quæ acri humore stillare cæpe-

runt.

Æger sæpius tussivit, & ex saucibus usque ad ventriculum magnum ac continuo prurientem ardorem conquestus est.

Ex ore prodiit fœtor deterrimus, qui nobis inspicientibus sæpius nauseam & horrorem excitavit.

Status sane hujus ægri erat maxima commi-

feratione dignus.

Eruditissimus Dominus Collin, medicus, qui mecum tunc nofocomium adivit hunc quoque ægrum vidit; dubitavimus certo, an in cafu adeo inveterato & desperato cicuta quidquam posset præstare.

Interim tamen præter hanc nullum nobis supererat remedium, quod jam non fuisset ten-

tatum.

Prima erat indicatio, ut ulcus fordidum pur-

garetur.

Rogavi propterea Dominum Haffner, ut leni manu ope fyringæ aliquoties per diem infusum cicutæ, melle rofarum mistum, ad fauces & ulcus injiceret, & hac ratione sensim sordes & acrimonias ablueret.

Pro medicamento dedi misturam sequentem:

> R Extract. cicut. gr. x. mucilag. gum. traga. dr. ß Syrup. diacod.

> > unc. j.

aq. flor. famb. unc. v.

m. f. Sumat æger omni bihorio cochleare unum. Potus ordinarius erat serum lactis, cibus autem jusculum cum pane, panatella, hordeum mundum, &c.

Prima nocte æger jam longe tranquillius

dormivit.

Altero mane ulcus nec ita fœtuit, nec adeo fordidum fuit.

Verum loquendi & deglutiendi difficultas

æque magna mansit.

Iifdem

Iisdem remediis internis externisque continuatum est.

Tertio die ardor in faucibus & per totum æsophagum multum remisit, ulcus erat longe purius, nec ullus fere sætor observabatur.

Eandem adhuc misturam præbui, extractum cicutæ solummodo auxi, & scrupulum

integrum immiscui.

Sexto die jam potuit folidiora citra multum dolorem deglutire, ulcus cancrofum fuit fatis purum, faucium ulcera jam incipiebant levi cicatricula obduci, & ardor per œfophagum vix amplius percipiebatur.

Iisdem remediis continuatum est.

Undecima die circa vesperas fere nullæ aderant horripilationes, nec multus calor, &

nocturnus sudor vix non penitus desiit.

Ulcus cancrosum ichoris loco pus exhibuit, nec aderat multus dolor dum æger solida deglutivit, levissimus tantum sætor advertebatur; æger longe distinctius loquebatur, vires habuit multo majores & bonum appetitum, saucium ulcera jam plurima erant clausa, & subinde tantum levis in æsophago ardor perceptus est.

Iisdem medicamentis continuatum fuit.

Decimo quinto die ulcus cancrofum optimum habuit colorem, fungosæ excrescentiæ erant multo minores, nec amplius ichorem plorarunt, & ex ulceris ambitu tenuissima & albicans nascebatur cuticula, quæ spem primam veræ curationis adtulit, & ostendit cancro serpenti limites esse positos.

Fauces erant fanatæ, abfuit in œsophago omnis

omnis ardor, æger habuit bonas vires, nec pejora observabantur symptomata circa vesperas, nec sudor nocturnus.

Exhibui tunc quotidie mane pilulas octo, granorum duorum, de extracto cicutæ, & totidem vesperi, & desuper seci hauriri copiosum serum lactis, injectiones ad ulcus continuabantur.

Die vigesimo omnia iterum erant meliora, ulcus cœpit longe minus fieri, excrescentiæ fungosæ plurimæ sponte separabantur, nullus aderat sætor, nec ichor, sed pus bonum.

Noctes fuerunt quietæ, vires auctæ funt, &

viguit appetitus.

Die trigefimo ulcus fuit fat purum, plurimæ excrescentiæ jam erant separatæ, reliquæ autem, superstites, erant slaccidæ, pallidæ, nec ex adtactu dolore afficiebantur; æger vinum purum bibit absque dolore in ulcere.

Dedi tunc per diem scrupulos duos extracticicutæ, & copiosum serum lactis, & insusocicutæ ulcus sæpius per diem ablutum est.

Trigesimo quarto die famem ingentem habuit æger, & propterea oblata avidissime sine

debita masticatione abligurivit.

Onerabatur inde ventriculus, & postero die aderant nausea, horror, continuus vomendi conatus, præcordiorum anxietas, vertigo, labii inferioris tremulus motus, calor magnus, pulsus inæqualis robore & celeritate, respiratio brevis, anhelosa, facies tumida, livida.

Dolebam tunc summopere spem curationis hac ratione esse diminutam, & ægrum in sum-

mum vitæ periculum conjectum.

Maxime

Maxime urgens indicatio erat, ut ventriculus ab onere suo liberetur; dedi igitur grana viginti pulveris radicis ypecacuanhæ, & granum unum tartari emetici.

Vix dato pulvere; sequebatur illico vomitus materiei crudæ, incoctæ; vomitum potu copioso aquæ tepidæ faciliorem reddidi.

Æger hac ratione sexies vomuit cibos avide deglutitos, multumque serum slavum, quod

acidum spiravit.

Post vomitum mala symptomata sere omnia evanuerunt, solo tenui jusculo eo die æger nutriebatur, vesperi datum est paregoricum.

Nox fuit tranquilla.

Mane pulsus æqualis, lentus, parvus deprehendebatur, nec æger quidquam præter de-

bilitatem conquestus est.

Ulcus tunc iterum erat fordidum, magis doluit, nec tamen deglutitio inde multum læfa est; solo insuso cicutæ & melle rosarum sæpius per diem lenissima injectione abluebantur sordes.

Grato julapio, diæta convenienti, pauco vino, & paregorico vespertino vires tunc reficere conabar.

Die trigesimo nono æger sat bene se habuit, & ipse rogavit, ut pilulæ de cicuta denuo darentur.

Dedi tunc per diem scrupulos duos extracti de cicuta, & copiosum serum lactis; ad prandium concessi vinum.

Res quotidie iterum in melius mutata est, & ulcus optimam curationis spem præ se tulit.

Quoniam

Quoniam omnia tunc secundum vota procedebant, non auxi amplius dosin extracti, lenes injectiones ad ulcus, quæ solo insuso cicutæ siebant, sedulo & sæpius per diem repetitæ sunt.

Quinquagesimo die paucæ adhuc aderant fungosæ, flaccidæ, pendulæ excrescentiæ, quæ ulceris consolidationem retardarunt.

Has Dominus Haffner absque ægri dolore resecuit forfice. Sectione nullus prodibat sanguis.

Injectiones diligenter peractæ funt, quoniam magnum levamen & egregiam opem

ægro adtulerunt.

Loquela fuit liberrima, deglutitio bona, vires integræ, fomnus optimus, appetitus magnus, alvus naturalis, urina copiofa, bene colorata.

Iisdem strenue continuatum est, & sexagesimo octavo die ulcus erat cicatrice obductum.

Ab injectionibus tunc abstinebatur, verum extractum cicutæ eadem dosi adhuc per quatuordecim dies datum est.

Dum autem videbamus firmissimam esse cicatricem, & hominem esse integre sanum, sensim omne remedium seposuimus, & concessimus, ut in aërem liberum se conferret, & ea ederet, quibus antea suerat assuetus.

Eum tamen sanissimum adhuc per quatuor

feptimanas in nofocomio retinuimus.

Dein autem ipse petiit, ut dimitteretur.

Dominus Collin toto curationis tempore

hunc ægrum vidit, & mecum observavit.

Magno nobis sæpe solatio suit, dum vidimus hunc hominem ab omnibus desertum, & pro incurabili habitum, ope cicutæ non tantum a vespertina febre, a sudore nocturno, a tabe & cachexia esse liberatum, sed & a pessimo cancro curatum, & optime restitutum.

Post aliquot septimanas ex relatis audivi

eum iniisse matrimonium.

CASUS NONUS.

IR, 42. annorum, a pluribus annis habuit dolorem vagum arthriticum, noctu hicce dolor calore lecti multum augebatur.

Longo tempore diversissima decocta aliaque remedia interna & externa adhibuit, nec

ullum inde levamen sentiebat.

Neque balnea sulphurea aliaque diversissimi generis, longo tempore adhibita, quidquam profuerunt.

Tandem materies vaga figebatur ad humerum dextrum, & ad coxendicem ejusdem lateris.

Unde pedi & brachio mobilitas demebatur, minuta est ejus lateris sensibilitas, & accessit macies.

Varia iterum interne externeque tentata nihil juverunt, imo auxerunt dolores, & videbantur malum reddere pejus.

Neque vis electrica, per trimestre spatium applicata, in hoc homine quidquam mutavit.

Æstate præterita, dum ruri degebam, me accessit, narravitque mali historiam.

Causam & veram morbi originem ignoravit. Quoniam ego multis in ægris vidi cicutam contra dolores rheumaticos, & arthriticos vagos & fixos, multum valuisse, credidi eam & in hoc casu statim esse adhibendam.

Dedi tunc mane & vesperi quinque pilulas, granorum duorum, & copiosum decoctum radicis bardanæ.

Post octiduum rediit, & conquerebatur majores ad humerum & coxendicem dolores, & ingratam per totum brachium & pedem formicationem.

Cæteroquin nil mutatum est.

Suafi tune, ut mane octo pilulas de cicuta fumeret, & totidem vesperi, utque decoctum bardanæ continuaret.

Decimo quarto die dolores erant minores, verum in toto latere affecto, ut & in pede & brachio, percipiebatur sudor pruriens, fætens, & oriebantur pustulæ albicantes, pellucidæ, acri sero plenæ.

Senfibilitas jam longe major advertebatur.

Appetitus fuit bonus, vires fat magnæ, fluxit urina copiosa, quæ prodeundo ardorem in urethra excitavit; alvus fuit naturalis.

Tunc æger per diem cæpit viginti pilulas sumere, & continuavit decoctum radicis bardanæ.

Vigesimo quarto die carnes in brachio videbantur redire, & jam quædam advertebatur mobilitas.

Reliqua erant in priori statu, pustulæ autem semper copiosiores comparuerunt, nec defiit pruritus. C 4

Tri-

Trigesimo sexto die æger per universum corpus ingratum ardorem & pruritum conquerebatur, & oriebantur ex ruptis pustulis crustæ crassæ, & vera scabies superveniebat.

Verum pes & brachium erant longe mobi-

liora, fat robusta, optime sensibilia.

Curavi totum corpus infuso cicutæ, quod

lacte fiebat, bis quotidie lavari.

Intra paucos dies crustæ plurimæ ceciderunt, pustulæ autem hinc inde longe frequentiores

comparuerunt, & pruritus augebatur.

Quinquagesimo die jam poterat moveri brachium in omnem partem, pes autem ægro videbatur adhucdum gravis, cæteroquin autem erat mobilis, flexilis, & omni in loco aderant optima sensationis signa.

Dedi tunc per diem drachmam integram extracti cicutæ, & loco decocti bardanæ exhibui ferum lactis, præterea tamen infuso cicutæ, lacte facto, corpus quotidie bis lavabatur.

Spatio octidui omnis pruritus cessavit, disparuerunt pustulæ & omnes crustæ, & æger

cœpit optime convalere,

Sexagesimo nono die æger potuit ambulare, & brachium in omnem partem movere, neque ex itinere unius & dimidiæ horæ multum defatigabatur.

Sensim tunc iterum cicutæ dosin minui, seri lactis vero ingentem quotidie copiam bibere ægrum justi, corpus non amplius lavabatur.

Octogesimo die sanissimus me iterum acces-

fit, egitque gratias.

CASUS

CASUS DECIMUS.

JIRGO, 18. annorum, spina ventosa jam a septem annis ad tarsum pedis dextri & ad cubitum brachii dextri laboravit; tentat aremedia, alias in similibus morbis maxime

laudata, nil profuerunt.

Decoctis lignorum copiosissimis per multos menses usa est, & eliciebatur inde copiosus sudor, malum sub initium videbatur levari; dein vero tussi sicca vexabatur ægra, cæpitque debilitari & emaciari, & malum iterum pejus sactum est.

Data sunt remedia antiscorbutica, & multum serum lactis, & ulcera inde fere sanata sunt.

Verum, dum maxima curationis spes erat, ortus est novus circa partes affectas dolor, cœpit iterum ichor acerrimus effluere, & orta sunt denuo ulcera sædissima.

Mercurius sublimatus corrosivus in spiritu frumenti solutus, qui alias similibus in morbis optimos effectus præstat, hic nil effecit.

Dedi igitur extractum cicutæ & copiosum

decoctum hordei crudi cum pauco lacte.

Exterius ad ulcera & tumores solum emplastrum Diapompholygos applicui, ut certus essem de essectu, quem cicuta interne data in simili morbo haberet.

Intra quatuor dies ulcera alias fœda & fœtida jam puriora erant, & pus bonum esse cœpit, & dolores multo mitiores fuerunt, & somnus fuit tranquillior, & appetitus major.

Sexto,

Sexto, feptimo, octavo, & nono die copiofum ferum acre ex ulceribus exstillavit.

Duodecimo die videbantur offei tumores multo minores, & color profunde ruber cœpit in naturalem mutari.

Decimo quinto die ex ulcere in tarso pedis dextri tria ossium fragmenta separata sunt.

Decimo septimo die ulcus ad tarsum pedis dextri erat purum, & ex margine incipiebat nasci cuticula, quæ sanationem promisit, tumor ossium affectorum circa hoc ulcus suit multo minor.

Verum ad cubitum brachii dextri ulcus & tumor vix mutatus deprehendebatur, & aderat multus dolor, effluxit copiosum serum, motus tamen articulationis videbatur paulo facilior.

Applicui igitur fomentum ex cicuta, ulceri autem in tarso imposui emplastrum de cicuta.

Vigesimo quarto die tumor circa articulationem cubitus dextri fuit multo minor; & ulcus purum, essluxitque serum copiosum, & mategranulosa ex ossibus separabatur.

Ulcus ad tarsum pedis dextri multo minus fuit, tumor sere totus concidit, & omnia bre-

vem fanationem promiferunt.

Trigesimo quarto die ex osse humeri circa articulationem cubitus dextri longum & magnum osseum fragmentum secessit.

Tumor circa articulationem multum diminutus est, & ægra jam facile slexit brachium,

& ori cibos admovit.

Ex ulcere ad tarsum pedis dextri multum iterum serum sluxit, & prodierunt valde exigua ossium fragmenta, & ægra majorem dolorem conquesta.

Interim vires auctæ funt, appetitus viguit,

& ægra fuit alacrior, pinguior.

Quadragesimo octavo die ulcus in pedis tarfo erat penitus clausum, nec ullus fere tumor amplius advertebatur, nec dolor.

Circa articulationem cubitus brachii dextri

omnia erant quoque meliora.

Dedi tunc ægræ purgans, quod octo vicibus alvum copiosam, subflavam movit.

Altero a purgante die ægra quievit, & nil

affumfit.

Sequentibus autem diebus iterum dedi cicu-

tæ extractum, & copiosum serum lactis.

Quinquagesimo sexto die ægra multo melius se habuit, brachium potuit slectere, & in omnem partem movere.

Ulcus in tarso mansit firmiter clausum.

Septuagesimo secundo die omnia, quæ alias tumebant, ad statum naturalem redierunt, & ulcus circa cubitum brachii dextri erat sere confolidatum.

Quoniam articulationis motus fuit fatis liber, nec ossa amplius tumuerunt, credidi tunc non amplius necesse esse, ut hæ partes undequaque fomento involverentur, ulcus tantum linteis carptis infuso cicutæ madidis Dominus Haffner replevit, deligavit.

Nonagefimo die coaluit ulcus ad cubitum,

nec ex nata cicatrice brachii flexilitas impediebatur.

Per duodecim dies adhuc præbui hæc ægræ cicutam, & copiosum serum lactis; dein dedi purgans, & quoniam videmus hanc esse integre sanam, & ulcera esse optime sanata, dimisimus eam a nosocomio.

CASUS UNDECIMUS.

I OMO, 35. annorum, fœdissima ulcera serpentia ad tarsum utriusque pedis, & intra scapulas, a binis annis habuit.

Præterea corpus totum pustulis prurientibus,

& acerrimo fero plenis, erat obfitum.

Ulcera ichorem acerrimum plorarunt continuo, partes vicinas arrosere, & omnia ad ossa

usque & tendines consumserunt.

Variis usus remediis & balneis nullum fere levamen percipit, aut, si ulcera videbantur sanationi proxima, mox iterum in pessimum statum mutata sunt.

Æger inde debilitatus est, cœpit extenuari,

& incidit in sudores nocturnos.

Demum me in confilium vocavit, & quum multiplici experientia edoctus fui cicutam fanguinis acrimoniam corrigere, & ulcera fimilia fanare, præscripsi pilulas de extracto cicutæ, & decoctum radicis bardanæ.

Spatio octo dierum pruritus per universum corpus fere omnis cessavit, & plurimæ pustulæ evanuerunt, neque ulcera adeo copiosum ichorem dederunt.

Vige-

Vigefimo die æger fuit multo robustior, sudor nocturnus non amplius advertebatur, & ex margine ulceris nascebatur alba cuticula, quæ cicatricem formaret.

Dedi tunc purgans antiphlogisticum.

Dein jussi, ut æger cicutæ extractum & decoctum bardanæ iterum continuaret.

Jam fumfit quotidie drachmam dimidiam extracti cicutæ.

Trigesimo sexto die æger sat bene valuit, & ulcera erant fere clausa.

Tendines nudi antea in ulceribus comparuerunt, nascente tamen cicatrice eorum motus non fuit impeditus.

Quadragesimo octavo die ulcera erant cicatrice tenui obducta; hæc ut sirmior sieret, applicui unguentum nutritum.

Dedi iterum purgans antiphlogisticum.

Sexagesimo die ulcera videbantur sirmissime

consolidata, & homo erat optime sanus.

Suasi tamen, ut mediocri dosi cicutam adhuc per tres septimanas sumeret, & biberet desuper insusum florum sambuci; dein præscripsi iterum purgans, ut hac ratione & sanguis & primæ viæ ab omni acri & crudo esfent liberæ.

Ex usu cicutæ hicce homo longe meliorem in facie colorem obtinuit, musculi omnes alias flaccidi nunc erant firmi, fortes, & totus homo fiebat ex pinguedine quadratus.

CASUS DUODECIMUS.

ABER ferrarius fœdissimo morbo cutaneo, qui ab elephantiasi non multum ab-

ludebat, jam a decem annis laboravit.

Omnium fere medicorum, chirurgorum, balneatorum, & argyrtarum opem imploravit, remedia maxime heroica longo tempore affumfit, & balnea diversa mineralia & vaporum applicuit; verum vix unquam levabatur, potuit tamen suos labores peragere.

Neque fœda hæc scabies in facie aut manibus comparuit, sed iis tantum in partibus quæ

veste tegebantur.

Unde potuit cum aliis ejus fociis converfari, nunquam tamen in eodem lecto cum iis decubuit.

Quum autem, tentatis fortissimis medicamentis, vidit, malum nequaquam emendari, noluit amplius consilium medicum petere, & reliquit rem soli naturæ, & omnia, quæ palato arrisere, comedit, strenue bibit, neque tempestatis vicissitudines evitavit.

· Pejus inde non habuit.

Contigit autem, ut, hyeme præterlapfa, frigori fubito expositus in pleuritidem inciderit.

Translatus est propterea ad nostrum nosoco-

mium.

Vena debebat iteratis vicibus secari, verum cutis erat adeo dura & tenax, ut chirurgus non potuerit penetrare nisi magna vi & multa adtentione.

Sanguis vena missus erat vere pleuriticus.

Decoctis emollientibus, expectorantibus, mellitis, nitrofis, morbus fat gravis spatio quatuordecim dierum sputo judicabatur.

Decimo octavo die dedi purgans, & tunc

homo videbatur iterum fanisfimus.

Malum tamen cutaneum acuto hoc morbo nequaquam mutatum est.

Putavi tunc cicutam hoc in morbo pertina-

ciffimo esse tentandam.

Suafi igitur, ut adhuc maneret in nofoco-

mio, promifique fanationem.

Exhibui illico grana decem extracti cicutæ tempore matutino, & totidem vesperi, & simul dabatur copiosum decoctum radicis bardanæ & glycyrrhizæ.

Præterea autem bis quotidie lotum est totum corpus anatica parte aquæ & lactis tepidi, in cujus mensuris duabus solvebatur

uncia una saponis veneti.

Spatio decem dierum multæ squamæ ceciderunt, rugæ fuerunt molliores, & lenissima advertebatur transpiratio.

Cutis, antea aspera, rugosa, fœdissime squamosa, dura, cornea sere, & insensibilis,

nunc ex adtactu paulo rudiori doluit.

Undecimo die jam cœpit dimidiam drachmam extracti cicutæ spatio viginti quatuor horarum exhibere, decoctum bardanæ, glycyrrhizæ, & lotiones continuatæ sunt.

Decimo septimo die fere omnes squamæjam erant separatæ, & rugæ cutis sensim ap-

planatæ funt.

Æger autem vagos calores & anxietates conquerebatur, pulsus tamen fuit æqualis, non febrilis; vires bonæ, appetitus magnus, urina prodiit copiosa, acris; & alvus quotidie ter vel quater sponte sluxit sætida, biliosa.

Æger e levi adtactu iis in partibus, ubi fquamæ hæserunt, ardorem & dolorem percepit.

Eadem dosi & iisdem medicamentis, tunc

adhuc jussi, pergeret.

Vigesimo sexto die corripiebatur horripilatione, dein calore & magna siti, sequebatur-

que valida febris.

Oculi rubuerunt, lingua fuit ficca, urina flammea, & cutis totius corporis levi phlogofi tendebatur, nec minimum adtactum tulit citra magnum dolorem & ardorem.

Abstinui illico ab usu cicutæ, & dedi copiofum rob sambuci, nitrum, & decoctum hor-

dei crudi.

Alvus inde aliquoties mota est, neque vires ægri multum diminutæ sunt; symptomata sensim omnia remiserunt, & trigesimo quinto die cutis habuit colorem sere naturalem, rediit appetitus, & pulsus suit æqualis, lentus.

Diæta molli tunc vires ægri restauravi, pro medicamento & potu ordinario dedi infusum florum sambuci, quod sero lactis fiebat.

Quadragesimo nono die cutis tota suit sere naturalis; verum mansit semper magis sensibilis, quam alias esse solet. Vires tunc æger bonas habuit, optime appetiit, quiete dormivit, urina prodiit optime colorata, & alvus bene cocta.

Quum autem in cute variæ pustulæ comparuerunt, quæ pruritum excitarunt, & ruptæ fuderunt serum acre, credidi, ad sanguinem magis depurandum, cicuta adhucdum utendum esse.

Feci igitur, ut æger mane & vesperi assumeret grana decem de extracto cicutæ, & biberet copiosum serum lactis.

Quorum usu spatio quatuordecim dierum

integre sanatus fuit.

Epidermis tamen mansit admodum tenuis,

& rumpebatur a minimo adtritu.

Verum hoc incommodum sustulit balneum Badense, quo hicce homo per tres septimanas utebatur.

Post hujus usum optime sanus, & habens cutim, & epidermidem penitus naturalem, me accessit, gratias acturus.

CASUS DECIMUS TERTIUS.

P Oemina, 42. annorum, fanissima alias, septem abhine annis (causam ignorat) cœpit sluore albo continuo laborare, & ab eo tempore nil sanguinis menstrui amplius comparuit.

Materies ex utero prodiens sub initium lenta, mucosa, subalbida suit, in hypogastrio autem advertebatur tensio, & dolor punctorius,

vagus.

Præterea urina subinde tenesmo retenta, aut difficilis reddita est.

Usu balneorum & variorum remediorum spatio novem mensium hic sluxus suppressus fuit.

Verum mansit in hypogastrio tensio, & dolor punctorius, & sæpius observatus est urinæ tenesmus, & vagi calores frequenter caput turbarunt, supervenerunt leves leipothymiæ, & fere quotidie versus vesperas spinam dorsi horror perrepsit.

His fymptomatibus folo decocto althææ

medebatur ægra.

Per integrum fere quinquennium malum fuit satis mite, ægra habuit vires, & poterat

fuos labores peragere.

Dein autem erodentes orti funt dolores, hypogastrium tensum ex minimo adtactu valde doluit, & demum retenta est urina, & alvus.

Enematibus emollientissimis & similibus fomentis tandem cœpit urina prodire acris, tur-

bida, & alvus dura, nigra, globofa.

Levamen inde habuit ægra, recuperavit iterum suas vires, & potuit extra lectum esse.

Externo adtactu deprehendebatur in medio hypogastrio tumor durus, in quo continuus percipiebatur dolor ardens, erodens, pungens.

Atque ideo hæc fæmina balneo emollientissimo quotidie per binas horas insedit, & octavo die, quo hoc balneo utebatur, prodiit ichor subsuscus, acer, fætidus, & dolores ardoresque inde levabantur.

Simili balneo adhuc per quatuordecim dies usa est, & multo melius inde se habuit; etenim hypogastrium sat rudem adtactum sine

dolore

dolore tulit, & ægra potuit ambulare absque molestia.

Verum fluxus ichoris acerrimi semper factus est copiosior, & erosa est uteri vagina, & vulva.

Hinc remedia externa internaque applicata fuerunt.

Per aliquot dies ægra subinde sibi levata videbatur, & fluxus fuit admodum mitis.

Dein autem aucti funt iterum dolores, fupervenit febris, retenta est urina; hinc enematibus & fomentis urinæ viæ iterum debebant liberari, & inde ichoris fluxus copiofior fuit.

Sensim ægra debilitata est, cœpit vespertino tempore horripilationes conqueri, dein calores, & noctu copiose sudavit.

Tentata quæcunque nil juverunt: imo dolores semper fiebant magis vivaces, pertinaciores, & materies magis fœtuit, & fuit acerrima.

A medicis relicta demum ad nosocomium venit, tota emaciata, cachectica.

Tentavi omnia remedia, quæ in fimilibus cafibus profuisse alias vidi.

Præterea decoctis demulcentibus & diæta molli conabar involvere acrimoniam.

Vires videbantur paulisper augeri, & mens fieri alacrior; verum febris vespertina & sudor nocturuus continuarunt.

Neque imminuti funt dolores, neque fluxus mitior redditus.

Hinc, quum adverti me remediis ufitatis actum agere, transivi ad usum cicutæ.

> Dedi D 2

Dedi autem simul decoctum saturatum radicis althææ, & leni insuso cicutæ, quod lacte factum est; curabam sæpius per diem vulvam, & uteri vaginam elui.

Intra paucos dies magna fiebat mutatio, remiferunt dolores, febris vespertina erat mitior, somnus magis tranquillus, sudor minus copiosus, neque materies, utero effluens, adeo socialis.

Decimo octavo die jam dedi nychhemeri fpatio viginti quatuor grana de extracto cicutæ.

Symptomata omnia fere quotidie in melius mutata funt; dolores tamen fubinde adeo vivi fuerunt, ut opio debuerint fopiri.

Trigesimo die dolores erant enormes, urentes; accessit sebris, sitis, & multum imminu-

tæ funt vires.

Removi illico extractum cicutæ, non tamen cicutam propterea damnavi.

Venam ægræ secui, & solum decoctum emollientissimum cum nitro & melle exhibui.

Externe applicabatur cataplasma emolliens.

Dum hæc febris accessit, siluit omnis sluxus uteri, urina reddebatur dissicilior, non tamen penitus retenta est.

Sanguis, e vena missus, fuit spissus, phlo-

gifticus.

Mala hæc symptomata absque omni fere remissione in quartum diem durarunt, ægra sæpius sensit horrores.

Quarto die debilis admodum fuit ægra, pulfus

pulsus sæpius intermisit, observabantur frequentes caloris colorisque in facie mutationes.

Demum versus vesperas, prægresso magno horrore, & sudore frigido & levi animi defectu, mucus prodiit ex utero, mistus striis sanguineis, & advertebatur magnus fætor.

Hinc omnes gangrænam lethalem adesse

clamitarunt.

Verum post mediam horam prodiit multum pus, & ægra se levatam sensit, & nox suit quieta, & bono somno dein resiciebatur.

Altero mane eam inveni alacrem, & pulfum habuit naturalem, puris fluxus mediocris

continuavit.

Solum iterum radicis althææ decoctum tunc fine nitro exhibui, verum junxi fimul pilulas ex olibano, mastiche, sarcocollo, & mucilagine gummi tragacanthæ confectas.

Dolores circa uteri regionem pauci fuerunt, neque ulla amplius durities tactu observata

fuit.

His folis medicamentis, & diæta molli, spatio duodecim dierum puris fluxus integre curatus fuit, & auctæ sunt vires.

Quum tamen, cessante puris sluxu, per vices adhuc ichoris stillicidium animadvertebatur, & ægra subinde dolores pungentes, vagos, in utero conquesta est, pilulas balsamicas seposui, & earum loco dedi extractum cicutæ.

Cujus efficacia dein intra tres septimanas

ægra integre fana fuit.

Etenim fuit torosa, robusta, agilis, nil conquerebatur, uteri omnis sluxus siluit, urina D 3 prodiit

prodiit sine molestia, appetitus suit bonus, somnus tranquillus, reficiens.

CASUS DECIMUS QUARTUS.

Oemina, 48. annorum, a quindecim circiter annis fluorem album habuit, & quamvis remedia, ab optimis artis magistris præscripta, longissimo tempore assumferit, malum tamen aut mansit in eodem statu, aut in pejus mutatum suit.

Dum vidit idem esse, sive adhiberet medicamenta, sive ea negligeret (imo ex usu medicamentorum subinde debilitata est, & pejus habuit) mutavit consilium, & morbum soli

naturæ commisit.

Per undecim annos fuit sine remedio, dein vero fluxus menstruus retentus suit, qui antehac & debito tempore, & sufficienti copia, semper comparuit.

Orti tunc sunt acutissimi in utero dolores, & simul advertebatur continuus ardor; materies essunt antea benigna, lenta, mucosa, nunc tenuis suit & viridescens, & sœtuit.

Multorum medicorum opem tunc ægra imploravit, adivit chirurgos, consuluit vetulas; ast medicamenta potius molestiæ, quam levamini, fuerunt.

Misera sensim in pessimum statum redacta

Dolores & ardores aderant continui, & hi versus vesperas aucti sunt; præter ichorem putridissimum effluxit subinde sanguis fætidus, dissolutus; & prodierunt frusta sibrosa, corrupta,

CASUS DECIMUS QUARTUS. 55

corrupta, subnigra; vagina uteri & vulva sensim exulceratæ & exæsæ sunt, & ægra emaciata vix se erectam potuit sustinere.

His in miseriis eam ad nosocomium suf-

cepimus.

Rogavit Dominum Haffner, ut partes genitales, quantum possibile esset, digitis & oculis lustraret.

Invenit tunc vulvam exesam, vaginam exulceratam, & os uteri erat sat durum, dolens, & fortiori pressione prodiit sanies.

Consului, ut bis quotidie injectiones in vaginam fierent ex leni infuso cicutæ cum pauco

melle rosarum, & sexta parte lactis.

Præterea copiosum decoctum involvens, demulcens, emolliens, mistum cum tertia parte lactis recentis, datum est.

Spatio sex dierum setor multum emendatus fuit, & ægra videbatur aliquantulum refici.

Dedi tunc præter decoctum demulcens extractum cicutæ, & injectiones in vaginam fuerunt continuatæ.

Omnia symptomata sensim in melius mutata sunt, ichoris loco tandem effluxit mucus subpurulentus, dein nil amplius comparuit.

Et spatio undecim septimanarum fæmina

integram fanitatem recuperavit.

Ultra drachmam dimidiam extracti cicutæ non opus fuit dare per diem, quoniam hæc dosis sufficienter omni symptomati ivit obviam.

Ab injectionibus tunc cessatum est, dum in-

cipiebat materies benigna comparere.

D 4 Abluta

Abluta tamen aliquoties per diem sunt pudenda, ne & illud benignum intra plicas stagnans acrimoniam contraheret.

CASUS DECIMUS QUINTUS.

Oemina, 52. annorum, a longo tempore dolore continuo rodente in utero vexa-batur.

Fluore simul albo laboravit, qui sensim adeo malignus factus est, ut materies essluens non tantum partes genitales corroserit, sed & ipsa linteamina, quibus excipiebatur, brevi reddiderit friabilia.

Fœtor præterea tantus fuit, ut & maritus eam fugerit, & omnes fæminæ, quibus alias familiariter utebatur, evitarint ejus consortium.

Postquam plurimam bonorum suorum partem frustra in sui curationem consumsit, meum

tandem auxilium quæsivit.

Jussi, ut serum lactis biberet, & ablueret partes circa pudenda leni infuso cicutæ, &

lacte, addito pauco melle rofarum.

Quoniam autem conquerebatur noctes esse maxime inquietas ob enormes in utero ardores, præscripsi pulverem ex drachma dimidia lapidum cancrorum & ex grano uno opii, ut quotidie, cubitum itura, similem pulverem sumeret.

Somnus inde longior & tranquillior factus est, & augebatur appetitus; imo & vires ma-

jores videbantur, & mens alacrior.

Cæteroquin autem nil mutatum fuit.

Exhibui tunc præter serum lactis extractum

cicutæ, & vespertinos pulveres continuavi.

Spatio quatuordecim dierum dolores adeo mitigati erant, ut paregorico vespertino opus non amplius fuerit, materies utero prodiens non amplius ita fœtuit, nec adeo acris fuit.

Urina autem retinebatur.

Abstinui tunc per aliquot dies ab extracto cicutæ & dedi misturam sequentem;

R. Lap. canc. unc. j. vin. Austriac. Montan. lib. j.

m. s. sumat ægra quater per diem cochleare unum.

Hæc mistura egregios effectus præstitit: etenim urina prodiit liberrime, & ex utero propellebatur multa materies acris, ichorofa, cum magno ægræ levamine; interim tamen dolores iterum aucti funt.

Hinc dein ad usum cicutæ denuo erat transeundum.

Dedi quotidie grana viginti extracti cicutæ & copiosum decoctum radicis althææ, vel serum lactis.

Dolores hinc mitigabantur & vires auctæ funt, atque prodiit materies mucosa, raro fœtida.

Nihilominus post tres circiter septimanas circa urinæ vias iterum tenesmi observabantur.

Unde extracti cicutæ loco iterum dedi mifturam priorem ex vino & cancrorum lapidibus. Et hæc magnum denuo levamen adtulit.

Hac ratione cogebat fæpius cicutæ ufum interrumpere, & fere omni decimo quarto die dedi misturam, qua absumpta, extractum cicutæ iterum continuavi.

Effectum est inde, ut miserrima hæc ægra

fpatio sex mensium integre fuerit sanata.

Et jam a novem mensibus optimam sanita-

tem habet.

Hoc tempore bacchanali ventriculum folito plus oneravit, unde me accessit rogatura, ut darem ei medicamentum.

Verum confului, ut a cibis per unum alte-

rumve diem diem abstineret.

Aderat tunc Doctiffimus Dominus Collin, & ostendi ei hanc sæminam ex periculosissimo morbo optime curatam.

Fæmina ipsa mali historiam me melius explicuit, nec sufficienter potuit laudare pilulas,

quæ fibi falutem adtulerunt.

Narravit, quod ab omnibus ob fœtorem, ex utero prodeuntem, contempta fuerit; quod proprius maritus, propriæ proles, eam, quafi peste affectam, fugerint,

Quod, tabe fere consumpta, nil nisi offa & pellem gesserit; quod abhorruerit a cibis, &

fudore nocturno fere diffluxerit.

Nunc autem dedit videnda torosa brachia & furas optime repleta & firmas, dixitque, quod jam marito plurimum complaceret.

CASUS DECIMUS SEXTUS.

7 Irgo, octodecim annorum, mammam utramque lapidis instar duram a triennio fere habuit.

Pallida præterea fuit, flaccida, tota cachectica, neque unquam ei menses adhuc fluxere; cordis palpitationem conquerebatur, & a paulo fortiori ingressu semper anhelavit, & fere fuffocata est.

Mamma utraque striis lividis erat variegata, advertebaturque perfrequenter dolor acute punctorius, vagus.

Glandulæ fubaxillares & inguinales quoque

erant tumidæ, induratæ.

Dedi illico ter quotidie tres pilulas, granorum duorum, de extracto cicutæ, & qualibet vice feci desuper hauriri infusi melissæ & slorum fambuci vascula duo.

Externe nil applicui.

Quinto die nil adhuc erat mutatum.

Exhibui igitur ter quotidie pilulas quatuor & idem infusum continuavi.

Octavo die striæ lividæ in utraque mamma disparuerunt, dolores autem vagi, pungentes, erant longe frequentiores, vires auctæ funt.

Decimo die jam dabantur quindecim pilulæ

per diem.

Duodecimo die prodiit ex utero materies copiofa, alba, glutinofa, & omnes durities tunc molliores videbantur, & respiratio suit levior, nec cordis palpitatio adeo frequens.

Eadem pilularum dosi in vigesimum diem continuavi, & erant tunc omnia meliora; tumores multo minores, mamma utraque mobi-

lis & pro parte pendula.

Color faciei, antea ex flavo viridis, nunc in subroseum mutabatur; functiones omnes

incipiebant restaurari.

Quotidie ex utero copiosus mucus prodiit, qui subinde acer fuit, & in vagina ardorem excitavit, fubinde autem adeo blande exstillauit, ut ægra nil adverterit.

Datæ jam funt octodecim pilulæ per diem.

Trigefimo die mammæ ambæ jam erant fere naturales, & glandulæ subaxillares multo minores; nullum dolorem ægra conquerebatur, mens fuit longe hilarior.

Fluxus autem uterinus nec amplius copiosus,

nec frequens fuit.

Pilularum dosis non amplius aucta est, & continuabatur infusum florum sambuci & herbæ meliflæ.

Quinquagesimo die nil in mammis repertum est, sub axillis erant adhuc quædam tubercula, pifis æqualia; fluxus muci ex utero penitus defiit; viguit appetitus.

Per tres adhuc septimanas dedi mediocrem

cicutæ dofin, & infusum ruthæ.

Comparuit dein citra omnem dolorem fluxus menstruus, prodiitque sanguis sanissimus per quinque dies, nec advertebatur cordis palpitatio, nec a fortiori ingressu respiratio inhibita fuit.

Unde optima videbatur adesse sanitas, atque ideo nil amplius medicamenti datum fuit.

CASUS DECIMUS SEPTIMUS. 61

CASUS DECIMUS SEPTIMUS.

OMO, 30. annorum, biennio abhinc febre validissima intermittente, quotidiana, afficiebatur.

Chirurgus hanc illico suppressit cortice Peruviano.

Gravis inde siebat respiratio, delebatur appetitus; hypochondrium sinistrum tensum erat, nec citra dolorem adtactum tulit; lateri dextro æger non potuit incumbere. Demum ortus est tumor durus, qui fere totum abdominis cavum sinistrum occupavit.

Præterea per totum corpus sensim comparuerunt surunculi sædissimi, subcærulei, qui profunde intra cutim & panniculum adiposum penetrabant; quidam, ex affrictu rupti, sanguinem putridum, nigrum sundebant, & bre-

vi caro fungosa ibi loci propullulavit.

His omnibus miseriis adhuc supervenit febris tertiana.

Medici, qui hujus ægri curam gerebant,

ex hac tertiana falutem sperarunt.

Hinc remediis salinis solventibus & amaricantibus sebris conatum facilitare intendebant.

Verum hæc omnia nil juverunt, febris adeo vehemens fuit, ut æger vires plurimas amiserit, imo sensim extrema intumuerunt, & merito timebatur hydrops.

Delatus tandem est ad nostrum nosoco-

mium.

Remediis leniter diureticis, sapone Veneto, rheo, conservis antiscorbuticis, &c. tumorem quidem extremorum dissipavi, rediitque appetitus,

appetitus; verum febris violentia femper augebatur, & paroxysmi adeo sunt protracti, ut fere quilibet per viginti quinque horas duraverit.

Sub paroxysmo ægrum semper tussis prehendit, quæ adeo valida fuit, ut tandem fanguis rutilus proruperit.

Cessante tamen paroxysmo, nec aderat tussis,

nec respiratio fuit difficilis.

Tuffis fub paroxysmo nullis remediis potuit mitigari, ardor inde fummus in pectore ortus eft.

Accessit demum summa macies, & vires omnes conciderunt, sudor nocturnus consumptionem minitabatur.

Quare febris necessario debebat diminui.

Junxi igitur conservis antiscorbuticis orticem Peruvianum selectissimum, cujus usu, spatio quinque dierum, febris admodum mitis facta est; sudor nocturnus fere desiit, nec vires adeo debiles videbantur, & ægrum fubinde tranquillus fomnus occupavit, refecit; tussis fuit longe minus molesta, & potuit opiatis & mucilaginofis compesci.

Similibus itaque remediis per aliquot septimanas continuavi, & subinde ea admiscui, quæ ad tumorem diffipandum & ad furunculos

curandos conferrent.

Verum tumor in abdomine finistro & furunculi per totum corpus semper manserunt in eodem statu, nec febris sopita fuit.

Quin imo pedes livido tumore inflaban-

CASUS DECIMUS SEPTIMUS. 63 tur, & copiosiores majoresque surunculi ibi comparuerunt.

Decocta plurima, quæ alias ad massam sanguineam corrigendam optima fuerunt, hic nil

mutarunt.

His denique junxi leviora antivenerea, mercurialia.

Et cum hæc æger facile tulerit, nec inde quidquam in melius & pejus fuisset perversum, dedi sensim acriora, & sub sinem exhibui præter copiosissima decocta mercurium sublimatum corrosivum, solutum in spiritu frumenti.

Tulit & hunc æger citra ullum incommo-

dum.

Verum largus ejus usus per integrum men-

fem nil profuit.

Tentatis jam diversissimis remediis, præter cicutam fere nil supererat, quod in hoc morbo fuisset indicatum.

Dedi igitur statim in principio mane decem grana & totidem vesperi, præter copiosum decoctum hordei crudi.

Tertio die, quo æger cicuta utebatur, febris paroxysmum vix percepit.

Cætera vero in eodem statu permanserunt.

Septimo die æger habuit vires longe majores, febris penitus filuit; augebatur appetitus, flaccidus circa articulos & in facie tumor totus disparuit.

Dedi jam drachmam dimidiam quotidie

extracti cicutæ.

Duodecimo die cœpit prodire urina crassa, ex nigo rubra, fœtida; & quidam ex furunculis culis exficcabantur, quidam vero rupti fude-

runt lividum liquorem.

Tumor in cavo abdominis sinistro videbatur tactu mollior, mobilior; æger tamen lateri dextro nondum potuit incumbere.

Noctes fuerunt admodum quietæ. Dedi tunc purgans antiphlogisticum.

Decimo quinto die dabantur jam mane &

vesperi grana viginti extracti cicutæ.

Vigesimo die pedes antea lividi & tumidi obtinuerunt colorem & molem naturalem, plurimi furunculi exsiccabantur.

Hinc inde tamen iterum novi, verum admodum parvi & læte rubentes, proruperunt.

Urina continuavit esse crassa, ex nigro ru-

bicunda.

Toti abdomini finistro imposui tunc emplastrum de cicuta.

Vigefimo quinto die æger assumsit haustum antiphlogisticum purgantem.

Et data tunc quotidie est drachma integra

extracti cicutæ.

Trigesimo primo die jam plurimi furunculi exsiccati ex cute separabantur; verum omni in loco remansit magna sensibilitas, & ex minimo affrictu cutis rupta est, & sudit acre serum.

Urina tunc prodiit minus crassa, subfusca.

Trigesimo quinto die dedi purgans anti-

phlogisticum.

Quadragesimo die quinque tantum surunculi admodum exigui, & sere aridi, supererant.

Tumor

Tumor in abdomine fuit minor, mollior.

Quinquagesimo tertio die furunculi omnes disparuerunt, &, nisi tumor in abdomine suisset, homo hicce optime sanus potuisset dimitti.

Datum tunc iterum est purgans antiphlo-

gisticum.

Et, quum dein vires integras habuit, feci, ut ad fuum consuetum laborem (erat enim

faber lignarius) rediret.

Justi præterea, ut quotidie pilulas triginta, granorum duorum, sumeret, biberetque decoctum copiosum radicis bardanæ, & continuo applicaret emplastrum de cicuta.

Post sex septimanas jam citra molestiam potuit in latere dextro dormire; tumor jam ad-

modum parvus fuit.

Decima septimana tumor fere totus disparuit. Finito tertio mense homo integre sanus suit.

Dedi tunc iterum haustum purgantem, & dein non amplius putavi necesse esse, ut quidquam affumeret.

CASUS DECIMUS OCTAVUS.

Uvenis, 17. annorum, ex Hungaria huc adveniens, febre violentiffima laborat; gerit præterea in hypochondrio finistro ingentem tumorem, durum, immobilem, & est simul ictericus, & toto corpore tumet.

Per tres integras septimanas varia adhibui remedia, verum nullum ægro levamen adtuli.

Confugi igitur ad extractum cicutæ, & præbui

bui mane & vesperi grana octo & saturatum; infusum foliorum trifolii sibrini.

Post octiduum febris jam longe mitior suit, vires augebantur; tumor per universum corpus erat mollis, minor, rugosus; urina, alias crassa fusca, nunc suit citrina; hypochondrium dextrum, quod ex minimo adtactu doluit, jam potuit premi fortiter; appetitus increvit.

Dedi tunc lene purgans ex rheo & sale polychresto.

Altero a purgante die exhibui mane grana decem extracti cicutæ, & totidem vesperi, &

infusum trifolii fibrini continuatum est.

Decimo octavo die æger vix amplius febris accessum sensit, totum corpus & præsertim extrema jam plurimum detumuerunt, icterus suit levis; appetitus bonus, urina fere naturalis; tumor in hypochondrio sinistro mollior.

Dedi tunc drachmam dimidiam quotidie de extracto cicutæ, & ad hypochondrium finif-

trum applicui emplastrum de cicuta.

Trigesimo die juvenis suit robustus, sebris penitus siluit; levissima adhuc icteri vestigia supererant; dolor ex articulis, & omnis tumor evanuit.

Dedi iterum purgans ex rheo & sale polychresto.

Dein, ut eodem infuso & eadem extracti ci-

cutæ dofi adhuc continuaret, justi.

Quadragesimo primo die nullum amplius icteri vestigium erat videndum, vires bonæ fuerunt.

Verum in tumore hypochondrii finistri.

magna in melius mutatio observata non fuit.

Justi igitur, ut de extracto cicutæ sumeret quotidie grana quadraginta, & mane ac vesperi probe fricaret hypochondrium sinistrum anatica parte unguenti de althæa & slorum calendulæ, addita pauca camphora, & ut in libero aëre corpus bene exerceret.

Hac ratione spatio duorum & dimidii mensium tumor in hypochondrio penitus disparuit, & juvenis perfecte sanus castra adivit.

Omni decimo quarto die dedi lene purgans tempore curationis.

CASUS DECIMUS NONUS.

TOMO, 34. annorum, glandulas colli scirrhosas, & adeo magnas ab aliquot annis habuit, ut harum glandularum moles utraque ex parte colli caput humanum superarit.

Monstrosum erat videre hunc hominem,

quia tria difformia capita gessit.

Omnes hæ glandulæ, in unam massam con-

cretæ, firmissime cohærebant.

Sub axillas erant quoque ingentes tumores, qui brachiorum motum valde dolentem & fere impossibilem reddiderunt.

Ex anteriore thoracis parte massa scirrhosa sesse a collo usque ad costarum limbos extendit.

Ichorofa hine inde ulcera hos scirrhos arroserunt.

Aliis in plagis fœdissima fungosa carcinomata nata sunt.

Præterea innumeri finus & fistulæ detegebantur. Tuffis immanis ægrum vexavit, sudor nocturnus & vires & carnes consumsit, respiratio fuit anhelosa, appetitus deletus; pedes, brachia, facies, & totus reliquus corporis habitus tumore ædematoso turguit.

Veræ confumptionis manifesta signa aderant.

Varii medici penetrantiffimis tam vegetabilibus quam mineralibus remediis hoc malum debellare conati fuerunt; verum eorum opera incassum fuit; imo æger inde pejus habuit.

Feci igitur hominem totum fere consumptum, anhelantem, tumidumque transferri ad meum nosocomium.

Dominus Haffner, quamvis multos periculosissime decumbentes sola cicuta sæpius sanari viderit, hoc tamen in casu spem omnem deposuit.

Ego ipse, ut verum fatear, hominem properdito habui, nam febris depascens, sudor nocturnus, tussis continua & defatigans, vires penitus prostratæ, tumor totius corporis, humorum cachexia, respiratio anxia, certam fere mortem præsagiebant.

Interim tamen rogavi Dominum Haffner, ut externe fomentum de cicuta applicaret, ut finus & fistulas leni cicutæ infuso, addito pauco rosarum melle, sæpius per diem elueret.

Ego interim præscripsi medicamenta expec-

torantia, & quæ vires simul augerent.

Solo fomento ulcera longe puriora facta funt, & tumores emolliebantur.

Spatio duodecim dierum æger habuit vires paulo

paulo majores; liberius respiravit, & noctes fuerunt magis quietæ.

Hinc cicutam interne quoque exhibui.

Pro potu ordinario dedi decoctum hordei,

cui quarta pars lactis admiscebatur.

Usu cicutæ sputa liberrime prodierunt, & spatio quatuordecim circiter dierum totus corporis habitus detumuit; urina copiose sluxit; minuebatur sebris vespertina, & sudor nocturnus; colli indurationes, ulcera, sistulæ, & sinus longe in meliori statu inveniebantur, & æger jam potuit extra lectum esse.

Magnus & celer hujus remedii in hoc defperato subjecto effectus nobis adtulit gaudium, & addidit animum, ut in applicatione tam internorum quam externorum remediorum

alacriter pergeremus.

Antequam mensis spatium, quo æger cicutam assumsit, præterlapsum fuisset, color faciei jam suit naturalis; viguit appetitus, siluit sebris vespertina, neque ullus sudor amplius observatus est; vires suerunt satis bonæ; colli tumores longe minores, molliores; in ulceribus optimum erat pus.

Doctissimus Dominus Collin simul mecum hujus ægri curam gessit; Dominus Haffner suis fomentis & injectionibus sedulo per diem continuavit, noctu autem applicuit emplastrum

de cicuta.

Sesqui mensis spatio tumores colli jam fere dimidio minores suerunt; æger potuit collum citra magnam molestiam in omnem partem flectere. Respiratio fuit libera, nec audiebatur tussis, æger & pinguis & robustus factus est.

Jam tunc dedimus quotidie drachmam in-

tegram extracti cicutæ.

Sub initium tertii mensis æger quotidie drachmam unam cum dimidia de extracto cicutæ absumsit.

Hac dosi per tres menses continuavimus, & hoc tempore omnes tumores sunt dissipati, & ulcera cicatrice obducta; & sinus ae sistulæ coaluerunt, rediitque collum totum ad statum naturalem; homo suit alacer, pinguis, sortis, nec ullum ab hac dosi unquam incommodum vidimus.

Igitur ope cicutæ id effectum est, quod nemo antea speravit.

CASUS VIGESIMUS.

Irgo, 25. annorum, mammam dextram a decem annis habuit duram.

Hicce tumor sese sensim infra axillam extendit; accessit demum color lividus, intumuerunt venæ, pars affecta noctu diuque dolore excruciabatur, brachium tumuit, & suit immobile.

Ego vocatus ad hanc ægram statim exhibui extractum cicutæ, externe autem nil applicui.

Spatio quinque dierum color lividus in læte rubrum mutatus fuit, & dolores erant multo mitiores.

Decimo tertio die mammæ color fuit fere naturalis, venæ adhuc erant turgidæ, durities autem multo mollior, mobilior; brachium quoque minus tumuit, & poterat aliquantulum moveri.

Decimo

Decimo sexto die menses proruperunt, tunc autem ægra observavit sanguinem longe puriorem fluxisse, neque tantas ut antea molestias

præcessisse.

Etenim dum menses imminebant semper vomitu molestissimo, dolore atrocissimo colico, & ingratissima ad os sacrum & ad inguina tensione vexabatur; imo pectoris anxietas, cordis palpitationes, vertigines & dolentes urinæ tenesmi ægram alias semper plurimum debilitarunt, hac autem vice nil tale contigit.

Fluente sanguine menstruo venæ mammæ affectæ detumuerunt, mamma multo minor, mollior, mobiliorque siebat, & divisa est in

plures moleculas.

Brachium sat libere moveri potuit, & totus

in brachio tumor evanuit.

Vigesimo quarto die fluxus mensium cessavit, ægra bene habuit, nil doloris advertit, vires erant bonæ, & moleculæ in mamma affecta in crassiores sibras divisæ sunt.

Dedi tunc lene purgans.

Trigesimo sexto die parvæ tantum moleculæ & quædam sibrosæ indurationes in mamma supererant; ægra optime habuit; color faciei antea luridus & cachecticus nunc roseus siebat, & totus corporis habitus longe robustior, sirmior, & ad labores aptior.

Quadragesimo tertio die prodierunt menses

citra omnem molestiam.

Quinquagesimo die nil fere insoliti amplius in mamma deprehensum est, brachium potuit liberrime moveri, nullus amplius dolor observabatur.

Dedi tunc lene purgans.

Octogesimo die sæmina erat sanissima, &

inveniebatur mamma penitus naturalis.

Dedi tunc iterum purgans, & postea putavi non amplius necesse esse, ut cicuta adhuc daretur.

Mediocris extracti cicutæ dosis in curanda hac fœmina suffecit.

Primis quatuor septimanis tantum dedi tres pilulas mane, & tres vesperi; reliquo autem tempore ascendi ad quatuor, tandem ad quinque pro dosi.

Pilula quælibet habuit grana duo.

Externe nil applicatum fuit.

Nec datum est quoddam decoctum, quod solutionem potuisset faciliorem reddere, verum qualibet vice jusculum carnis bubulæ sumptis pilulis bibebatur.

Hemicraniæ dolentissimæ hæc ægra erat alias perfrequenter subjecta, ab eo autem tempore

quo cicutam fumfit, nil advertit.

Levis igitur cicutæ dosis plura mala integerrime abstulit, fugavit.

CASUS VIGESIMUS PRIMUS.

Etula, septuaginta trium annorum, debilissima, emaciata, ulcus sædissimum cancrosum habuit circa parotidem sinistram.

Hoc ulcus egit fistulas & sinus, qui intra musculas colli & intra integumenta capitis

profunde penetrarunt.

Dominus Haffner externe applicuit fomentum de cicuta, & finus ac fistulas ejusdem herbæ infuso sæpius per diem eluit.

Interno usu dedi cicutam & multum lac.

Spatio viginti dierum omne cancrosum, fungosum, corruptumve, ex ulcere separatum est; multi sinus jam coaluerunt; ægra majores vires habuit.

Sed tunc a lacte abhorruit; concessi igitur paucum vinum, carnem vitulinam, multum cremorem ex hordeo mundo, vel oryzam molliter coctam.

Omnia quotidie in melius mutata funt, & fexta feptimana, qua ægra utebatur cicuta, omnes fistulæ sinusque inveniebantur clausi, & ulcus erat firma cicatrice obductum.

Externe tum nil amplius adpositum est, interne tamen adhuc mane & vesperi per quatuordecim dies dedi pilulas duas.

Vetulam tunc fanam & hilarem ex nosocomio dimifimus.

CASUS VIGESIMUS SECUNDUS.

Demina, 44. annorum, fana alias, jam trigesimo secundo sua atatis anno capit mensibus carere.

Præter tensionem in inguine sinistro nil incommodi sensit.

Balneis diversisque remediis usa est incassum.

Et post binos annos advertit in hypogastrio sinistro duritiem, quæ adtactu nequaquam dolebat, verum poterat hinc inde volvi.

Hæc intra breve spatium ita increvit, ut duos

pugnos viriles magnitudine adæquaverit.

Et, dum ægra lateri dextro incumbebat, excitavit dolorem, tenfionem, & anxietates.

Balneis iterum emollientissimis usa est, & assumit

assumsit medicamenta ab optimis in arte medicis præscripta, externe applicatum est emplastrum & unguentum.

Subinde mollior videbatur tumor & minor, paulo post autem iterum lapidis instar durus erat, & tendebatur totum ventris sinistri latus.

Dum ægra vidit nullum medicamentum

prodesse, rem sibi reliquit.

Ventrem autem semper fasciis ligavit, ne tumor volubilis eam in ambulando decumbendoque impediret.

Mense Februario 1761, in peripneumoniam incidit, unde ad nostrum nosocomium trans-

lata fuit.

Remediis antiphlogisticis, emollientibus, & expectorantibus intra viginti quinque dies peripneumonia sputis optime soluta suit, & ægra convaluit.

Post hunc morbum cœpit in hypogastrio, ubi hicce tumor latuit, dolor oriri, qui per vices sat violentus suit, subinde autem fere evanuit.

Narravit hæc fæmina totam historiam paulo

superius descriptam.

Dominus Haffner & ego tumorem hunc examinavimus, & concludebamus esse scirrhum ovarii sinistri.

Quum autem tot jam remediis, longo tempore & usu non interrupto assumtis, nil mutatum suit, illico dedimus cicutam & decoctum saturatum radicis althææ, externe autem nil apposuimus.

Primis diebus statim dolor in parte affecta

cessavit,

CASUS VIGESIMUS TERTIUS. 75

cessavit, caput autem fiebat grave, idque quasi torculari compressum ægræ videbatur.

Dedi tunc lene purgans, unde caput multum

levabatur.

Dein iterum in usu cicutæ continuatum est.

Fæmina sensim optime habuit; auctus est appetitus; increverunt vires; somnus suit maxime tranquillus.

Decimo quinto die, quo cicutam dedimus, jam tumor nobis mollior videbatur, & ex utero prodivit mucus albus, lentus, viscidus,

inodorus.

Spatio unius mensis tumor jam dimidio minor fuit & mollis, continuavit autem ex utero prodire mucus.

Observabatur tunc, quod mucus prodiens magnum subinde circa uterum & pudenda ar-

dorem excitaverit.

Mense secundo fere elapso, nil amplius tactu poterat distingui, semina nil conquerebatur, & potuit in omne latus decumbere.

Muci fluxus ex utero fuit minus copiofus, &

materies longe tenuior.

Intra paucos dein dies penitus cessavit, &

fæmina videbatur fanissima.

Nihilominus feci, ut adhuc continuaret per quatuordecim dies cicutam, ne aliquid remaneret, quod fors recidivæ ansam præberet.

CASUS VIGESIMUS TERTIUS.

I Nfans, trium annorum, pessima rachitide laborat, facie & toto corpore tumet, & est debilis.

Tentatis multis remediis, quæ alias in hoc morbo

morbo falutaria funt, nil profui, unde infanti cicutam dedi.

Incipiebam a grano uno mane & uno vesperi. Quarto die jam quatuor grana per diem exhibui, infans cœpit melius appetere.

Octavo die dedi sex grana per diem, & infans videbatur robustior, pedibus sese sustinuit.

Dofin tunc non amplius auxi, quoniam omnia quotidie meliora facta funt, & infans, alias morofus, piger, meticulofus, spatio unius menfis erat agilis, jucundus, & optime comedit, & tumor articulorum ad minimum 3 minor fuit.

Color faciei cachecticus in naturalem & rubicantem transivit.

Tertio mense fere finito, infans optime sanus fuit; folus ambulavit; bene dormivit, fiebat pinguis, & post curationem omnia vestimenta erant ei nimis angusta & brevia. Hinc usu cicutæ infans multum increvit, nec unquam malum fymptoma observatum est.

CASUS VIGESIMUS QUARTUS.

Uella, quatuor annorum, rachitica, a tribus mensibus utitur cicuta, & jam fere curata est.

CASUS VIGESIMUS QUINTUS.

7 Irgo, octodecim annorum, jam a quatriennio post meridiem semper vomuit omnia fere ingesta, unde fiebat cachectica, & fere contabuit.

Remedia ab aliis medicis & a me data levamen quidem subinde attulerunt, verum post paucos dies idem malum revertebatur.

Ægra dolorem & pondus in epigastrio conquerebatur, querebatur, tactu percipiebatur quædam tenfio, nulla autem durities.

Tentavi tamen cicutam, & spatio quatuordecim dierum vomitus fuit minus frequens; auctæ sunt vires.

Tertia septimana jam vomitus penitus cesfavit, verum oriebantur post meridiem anxietates, & noctes siebant inquietæ.

Dedi tunc haustum purgantem. Ægra

magnum inde levamen habuit.

Postea iterum continuavi cicutam, & sub finem mensis secundi aderat optima sanitas,

aderant vires optimæ.

Menses, qui alias pauci erant, inceperuntque semper cum multo dolore ad os sacrum & in ventre, nunc copiose & liberrime fluxerunt.

CASUS VIGESIMUS SEXTUS.

Oemina, 23. annorum, ingentem tumorem lymphaticum circa totum genu dextrum habuit.

Nec fomenta ufitata, nec emplastra nec unguenta, nec remedia interna profuerunt.

Solo autem usu cicutæ, interno externoque, intra tres septimanas totus tumor dispulsus est.

Bis hoc tempore datum est purgans.

Cicuta in hac fœmina copiosissimam urinam promovit.

CASUS VIGESIMUS SEPTIMUS.

Perarius, qui ab anni fere spatio cataractam in oculo sinistro habuit, solo usu cicutæ & decocto radicis bardanæ spatio trium & dimidii mensium curatus est. Omni decimo quarto die datum fuit purgans. Per sex septimanas quotidie drachmam unam & dimidiam extracti cicutæ assumsit.

Ultimo autem mense drachmas duas.

Usu cicutæ hicce homo non tantum visum recuperavit integerrimum, verum & longe robustior factus est, & liberabatur simul a suis doloribus rheumaticis, quibus per totum corpus jam ab octo annis ad omnem temporis mutationem excruciabatur.

CASUS VIGESIMUS OCTAVUS.

Irgo 25. ann. post morbum acutum subito privatur visu & afficitur vera amaurosi. Vidi sæpissime mercurium sublimatum in spiritu frumenti solutum præter decocta resolventia simili in casu profuisse.

Hunc igitur huic ægræ præbui, ejusque usum satis largum per duos fere menses continuavi, verum fructum inde nullum adverti.

Quoniam vero observavi sæpius cicutam ibi penetrare, ubi sublimatus non potest, hanc vocavi in usum.

Statim a scrupulo seu viginti granis per diem incepi.

Post tres septimanas frequentes vertigines & scintillationes ægra conquerebatur, & sibi videbatur quandoque lucem & colores distinguere.

Verum lucida talia intervalla mox iterum evanuerunt, & caput inde factum est vertiginosum.

Dedi tunc purgans.

Versus sinem secundi mensis ægra jam obscure potuit quædam videre, neque a scintillatione neque a vertigine adeo frequenter afficiebatur.

Sub initium tertii mensis jam duas drachmas quotidie de extracto cicutæ absumsit, & visus fiebat multo melior.

Hac dosi in quintum mensem ægra continuavit, & tunc potuit omnia videre, distin-

guere.

Quamvis larga dosi & longo tempore sumferit cicutam, nil unquam inde mali conquesta est, imo augebatur appetitus; increverunt vires, & omnes actiones, alias languidæ, restaurabantur.

Menses debito tempore, & debita copia, semper habuit.

CASUS VIGESIMUS NONUS.

IR, quinquagenarius, a trigesimo septimo mo ætatis suæ anno podagra laboravit; tophi inde non tantum circa pedum articulationes, verum & in manibus & circa genua orti sunt, & materies calcaria partes vicinas arrosit, pedum manumque motus erat admodum difficilis, & genua penitus rigida; ad omnes aëris tempestatisque mutationes dirissimi dolores has partes occuparunt, & cogebatur tunc per plures dies æger lecto inhærere.

Nec balnea, nec remedia interna externave,

quibus æger hucusque utebatur, profuere.

Dedi cicutam & serum lactis, externe nil applicui.

Spatio quinque septimanarum & omnes tophi phi foluti funt, & rediit membris mobilitas, nec aëris mutatio magnos dolores amplius produxit.

Feci tamen, ut æger adhuc mediocri dosi cicutam per aliquot septimanas continuaret, &

copiosum hauriret serum lactis.

Dissipatis autem tophis & materia podagrica, conquerebatur per plures dies ingratam & ad minimum motum valde dolentem sensibilitatem circa articulos & loca, quæ a materie cretacea & tophis alias obsidebantur.

Justi igitur, quoniam tempus vernale erat,

ut balnea Rodaunensia adiret.

Rediit inde pinguis, totus quadratus, robustus, sanus, & omnem aëris injuriam citra dolorem tulit.

CASUS TRIGESIMUS.

Poemina, sexagenaria, a viginti aliquot annis pessima podagra afficiebatur, quæ sensim per totum corpus dispersa suit, & occupavit omnes articulos excitavitque tophos & cretaceos tumores.

Nunquam hæc ægra per integras quatuor feptimanas a dolore libera fuit, ifque fuit femper tantus, ut ægra nec pedem nec manum potuerit movere, nec cibos ori adferre, fæpius præ nimia doloris acerbitate fibi mortem optavit.

Dedi cicutam & infusum florum sambuci, & quarta septimana, qua his utebatur, non tantum potuit ambulare in cubili, sed exivit extra domum, & alios invisit.

Brevi dein omnes tophi & tumores

diffipati funt integre; manus antea ob tumores cretaceos difformes jam erant iterum tenerrimæ, molles, naturales, pulchræ.

Vires auctæ funt, & omnes actiones restau-

ratæ.

Nonus mensis jam fere finitus est, quo hæc fæmina ab omni dolore immunis & fana vivit.

CASUS TRIGESIMUS PRIMUS.

7 I R, quadragenarius, ab octo annis semper tempore verno & autumnali circa pedum articulos advertit tumorem durum, & adeo dolentem, ut orta esset febris, & æger debuerit lecto decumbere.

Lecti tamen tepore & remediis diluentibus spatio quatuordecim dierum vel quandoque trium septimanarum morbus totus iterum dislipatus est, & vir sanus potuit dein labores suos perficere.

Tempore verno 1760, quo dolores circa pedum articulos iterum debuiffent oriri, advertebatur levis tantum & obtufa tenfio, æger

fibi fuum morbum imminere credidit.

Verum hæc tensio altero die disparuit subito, & tunc dolor acute punctorius pleuram finistram occupavit, finxitque morbum vere inflammatorium.

Iteratæ venæ fectiones & remedia in hisce morbis ufitata febris quidem impetum diminuerunt, verum dolor mansit æque vivus.

Sanguis e vena missus semper gessit crustam

crassam, mucosam, tenacem, variegatam.

Epif-

Epispastica, vesicantia, aliaque pedibus applicata, ut dolorem a thorace versus loca consueta revellerent, nil juverunt.

Febris tandem penitus defiit, licet dolor

manserit continuus & vehemens.

Quoniam autem, consideratis omnibus symptomatibus, constabat morbum hunc adeo pertinacem a materie, quæ alias pedes invasit, productum suisse, & quoniam multiplici experientia didici in similibus morbis ad dissolvendam materiem serosam, acrem, spissam, tenacem, cicutam multum valere, eam tunc adhibui præter decoctum saturatum radicis althææ.

Externe nec ad pedes, ned ad locum dolen-

tem, quidquam applicui.

Tertio die minuebatur dolor punctorius, & articuli pedum fudarunt, & afficiebantur obtuso dolore.

Quinto die cœpit æger sputa reddere, & dolor suit longe mitior, circa pedum articulos autem nec dolor nec tumor advertebatur.

Duodecimo die æger jam lectum deseruit, & vix amplius sensit dolorem, sputa glutinosa

continuarunt copiose prodire.

Decimo tertio die nox fuit anxia, æger fuit debilis, & occupavit ingens dolor dilacerans totum ejus corpus. & omnia membra; tandem fequebatar fudor tenax, fœtidus, largus, & postero mane æger optime habuit, fuit agilis, appetiit, & vires erant bonæ.

Infuso florum sambuci, quod sero lactis parabatur, & parva cicutæ dosi, ut per tres

adhuc

adhuc septimanas hicce vir uteretur, suasi; rediit dein ad me sanissimus, robustus, vegetus, & egit gratias.

CASUS TRIGESIMUS SECUNDUS.

Oemina, 23. annorum, a quatriennio in utraque mamma durum & pugno viri majorem tumorem gessit, nec unquam his in partibus sensit dolorem.

Ante decem menses nupsit & gravida facta

est.

Quarto graviditatis mense intumuerunt ambæ mammæ, dolor in iis magnus oriebatur, & color naturalis in profunde rubrum abiit.

Omnes, qui has mammas viderunt, optimæ

fæminæ cancrum pessimum præsagiebant.

Tandem me accessit, horrui ab initio, & nolui dare cicutam, quoniam eam in gravidis nondum tentavi.

Verum tamen, quum & innumeris experimentis novi nullas inde in corpore turbas excitari, & infantes cicutam impune ferre, incepi a leni dofi.

Brevi magnus sequebatur effectus, prodiit urina crassa, albicans, mucosa, flocculenta.

Quarto die jam mammarum color fuit natu-

ralis, tumor minor, mollior.

Auxi dein cicutæ dosin & spatio unius menfis jam drachmam dimidiam quotidie dedi, nec dein opus suit, ut plus darem, nam quotidie magna in melius mutatio observabatur,

F 2 & octavo

& octavo graviditatis mense mammæ ambæ

fuerunt penitus naturales.

Sub usu cicutæ hæc sæmina longe sanior suit quam antea, liberata est a frequenti vomitu & a continua cephalalgia, quibus ante usum cicutæ multum vexabatur.

Nullam in hac gravida fæmina turbationem

observavi.

Alvus prodiit quotidie naturalis, urina fluxit longe copiofior, flocculenta, mucofa; tunc autem minus copiofa prodiit, & habuit colorem penitus naturalem, dum mammarum tumores erant dispulsi, licet adhuc per aliquot dies cicutæ sat sortis dosis fuisset data.

CASUS TRIGESIMUS TERTIUS.

Irgo, 24. annorum, toto corpore, præfertim vero circa articulos feroso, sub-flavo tumore erat inflata.

Integro quinquennio ea omnia adhibuit, quæ artis medicæ magistri consuluerunt; nil tamen inde levaminis percepit, imo vires diminutæ sunt, oriebatur sicca tussicula, & membra omnia siebant immobilia.

Ego quoque diversa remedia incassum in hac ægra tentavi.

Demum eam usu cicutæ & sero lactis intra

mensis spatium sanavi.

Statim in principio cicuta excitavit magnum appetitum, dein promovit urinam admodum copiofam, fubviridem, cum fedimento craffo, tenaci, glutinofo.

Tumor

CASUS TRIGESIMUS QUARTUS. 85

Tumor per totum habitum corporis jam duodecimo die abfuit; ille vero circa articulos fuit paulo pertinacior.

Hæc ægra purgante opus non habuit, ete-

nim a cicuta bis quotidie folvebatur alvus.

CASUS TRIGESIMUS QUARTUS.

IR, quadraginta septem annorum, a sesqui anno tumorem durum, scirrho-sum, pugno virili majorem in scroto gessit.

Testiculi ambo erant immunes, sani.

Tumor hicce a gonorrhæa, subito per injectionem adstringentem suppressa, originem habuit.

Remedia mercurialia fortissima, ipsa salivatio, decocta antivenerea, fomenta externa & emplastra nil prorsus juverunt.

Hæc dum vidi, cicutam dedi, & copiosum

decoctum radicis bardanæ.

Quamvis autem jam vigesimo die integram drachmam quotidie cœperit æger absumere, nulla tamen in tumore mutatio adhuc observata suit.

Trigefimo die dedi drachmam unam cum dimidia de extracto cicutæ.

Trigesimo tertio die mollior erat tumor, & æger bene se habuit.

Trigesimo sexto die dedi purgans mercurio

dulci mistum.

Quadragesimo die æger jam assumsit drachmas duas de extracto cicutæ quotidie, & tumor fuit minor.

Hac

Hac dosi interponendo omni decimo quarto die lene purgans mercuriale in quintum mensem continuavi, & tunc erat tumor penitus dissolutus, & homo integre sanus.

CASUS TRIGESIMUS QUINTUS.

Uvenis, 19. annorum, lue venerea pessime erat exulceratus per totum corpus, ossa utriusque tibiæ erant profunde cariosa.

Remedia antivenerea cujuscumque generis nocuerunt, & vires debilitatæ sunt, & jam ad-

erat fumma macies.

Dum hicce æger meæ curæ traditus fuit, mihi omnes curandi methodos exposuit, dubitavi, an fors recta dosi & debitis cautelis remedia antivenerea fuissent administrata.

Varia igitur iterum tentavi, verum actum egi. Dominus Haffner, optimus mei nosocomii chirurgus, & ego tunc conclusimus tentare cicutam.

Externe igitur ulcera & loca cariosa linteis carptis somento cicutæ madidis deligata suerunt, interne datum est extractum cicutæ & largum decoctum radicis bardanæ cum tertia parte lactis.

Intra paucos dies magna in melius mutatio

contigit, & vires increverunt.

Sub finem secundi mensis jam omne cariofum erat optime separatum & ulcera plura obducebantur firmissima cicatrice.

Dolores, qui ægrum tota nocte atrocissime divexarunt, jam siluere penitus.

Finito

Finito tertio mense, optima videbatur adesse sanitas; nulli observabantur dolores; vires erant bonæ.

Mediocris cicutæ dosis ad curandum hunc pertinacissimum venereum morbum suffecit.

Maxima dosis intra 24. horas fuit drachma

una.

CASUS TRIGESIMUS SEXTUS.

J Uvenis, 13. annorum, tinea capitis pessima, & contra omnia remedia rebelli jam per

quinque annos laboravit.

Tandem dedi decoctum radicis lapathi acuti & extractum cicutæ, & totum caput bis quotidie decocto cicutæ, quod lacte fiebat, curavi lavari.

Hac ratione intra sex septimanas integre sanatus est.

Erat hicce juvenis antea pallidus, totus cachecticus, macilentus, & inani tussi ac continuo in pectore ardore afficiebatur.

Hæc autem symptomata usu cicutæ omnia

evanuerunt.

CASUS TRIGESIMUS SEPTIMUS.

J Uvenis, 16. annorum, fartor, scabie sædissima ante biennium afficiebatur.

Dato unico purgante remedio, mox unguenta adhibebantur, quibus scabies retropulsa fuit.

Nata est propterea anxia respiratio & tussis convulsiva. F 4 Ten-

Tentata quæcumque parum profuerunt, & juvenis, fere consumptus febre lenta, tandem fertur ad meum nosocomium.

Observavi sæpissime cicutam in scabie cutanea maxime pertinaci mira præstitisse, experiri igitur quoque volui, quid in scabie retropulsa

possit.

Exhibui itaque saturatum decoctum radicis althææ & extractum cicutæ, totumque corpus bis quotidie seci lavari lacte tepido, in cujus libris quatuor uncia dimidia saponis Veneti soluta suit.

Post octo circiter dies per universum corpus oriebatur pruritus admodum ingratus, & proruperunt pustulæ rubicantes, acri humore repletæ.

Respiratio tunc facilior suit, & tussis minus frequens, & æger noctu jam tranquille dormivit, & cæpit sputum glutinosum prodire.

Quamvis totum corpus similibus pustulis fuerit obsitum, jussi tamen bis quotidie lavari.

Circa decimum diem multæ tales pustulæ iterum evanuerunt, aliæ autem ruptæ sunt, & fuderunt serum acre, & nascebatur crusta susca, scabra, rediitque scabies talis, quali ante biennium æger laboravit.

Capitis pars capillata quoque exulcerata est.

Tunc æger liberrime respiravit, sputa copiosa rejecit; sebris lenta penitus desiit, & auctæ sunt vires.

Drachmam dimidiam extracti cicutæ tunç per diem exhibui, &, quoniam vidi hanc dosin sufficere, nolui amplius eam augere.

Corpus

Corpus totum bis quotidie lacte & fapone Veneto lotum est.

Vigesimo die æger sat bene se habuit, verum sputa prodibant minus copiosa, licet in pectore audiretur strepitus materiæ mobilis.

Hinc loco decocti radicis bardanæ tunc dedi

infusum stipitum dulco-amaræ.

Hoc infuso, & extracto cicutæ & lotione externa, sedulo continuata, non tantum pectus ab omni acri & glutinoso liberatum suit, sed & scabies sædissima, quæ sub usu cicutæ renascebatur, intra binos fere menses integre curata est, & juvenis optimam sanitatem obtinuit.

Hi funt præcipui casus, quos ex mea propria

experientia adducere volui.

Nimis longus & forsan tædiosus forem lec-

toribus, fi plures adhuc enarrarem.

Serophulosos strumosque fere innumeros sola cicuta curavi.

Vidi fæminas toto corpore optime formatas, habentes faciem pulcherrima imagine pulchriorem; verum glandula thyroidea iis dura fuit, & folito longe major; hinc habebant vitium, quod in hominum oculis maximam venustatis lucem obscuravit.

Talibus plerumque cicuta profuit, dum tumor ab obstructione vel infarctione ortus erat.

Leviores in mammis, sub axillis, in inguinibus, in vagina uteri, & ipso utero scirrhos sola cicuta solutos hic non memoro.

Obstructiones indurationesque hypochondriorum atque varios in diversa abdominis regione regione tumores hoc unico remedio vix non

femper diffipavi.

Fæmina, sexaginta aliquot annorum, a sedecim annis ultra viginti tumores durissimos, quorum quilibet magnitudine ovum anserinum æquavit, per totum abdomen dispersos, habuit.

Diversa remedia nil juverunt, & malum sensim adeo increvit, ut urina suerit suppressa, & ut catheter debuerit applicari sæpius.

Sumpta cicuta liberrime prodiit urina; auc-

tus est appetitus, & redierunt vires.

Imo quidam tumores emolliti funt, & ex-

stillavit multa materies purulenta ex utero.

Si ægra abstinet per aliquot dies a cicuta, mox tenditur venter, retineturque urina, & mala oriuntur symptomata.

Quo autem major materiei per uterum copia fluit, eo molliores & minores fiunt quidam tu-

mores, quidam vero immutati perstant.

Ingens levamen hæc fæmina a cicuta habet, &, si continuet, fors integre curabitur.

Nec timeo suppurationem, quæ lethalem tympanitidem adferret: quoniam materies soluta invenit exitum per uterum, neque ulla adsunt resorptionis signa, quæ sebrem depascentem minitarentur.

In cardialgiis chronicis optimo cum successu perfrequenter dedi cicutam, & sistebatur brevi omnis ardor, dolor, omnis vomendi conatus; & homines languidi ac emaciati sub usu cicutæ optimas recuperarunt vires, & pinguescebant.

Ceffarunt

Cessarunt quoque inveteratæ cephalalgiæ, aut hemicraniæ annosæ.

Dum observavi circa systema renale vel uterinum esse obstructiones aut seri acris & tenacis stagnationes, dedi cicutam, & vidi fere semper menses inde copiosiores suisse, & prodiisse sanguinem magis sanum, cessasse di-ros illos dolores colicos, anxios vomendi conatus, vel & vomitus æruginosos, dissipatas esse tensiones dolentes in inguinibus & ad os sacrum, nec rediisse amplius capitis dolores, caligines aut vertigines.

Habui binas fœminas, quæ dirissimis symptomatibus afficiebantur semper circa tempus menstruum, & utebantur jam per plures annos marito, nunquam tamen potuerunt con-

cipere.

Sumpta cicuta non tantum ab his malis integre liberabantur, sed & siebant longe alacriores, & ambæ impregnatæ sunt.

Quid jam amabilis fæmineus Sexus ultra

a cicuta petit?

Phthisin scrophularem, sola cicuta & lacte, sæpius curavi; eundem successum a cicuta habui in chronicis & pertinacissimis anginis ulcerosis, pustulosis, scorbuticis, serosis, aut ab acri quadam sluxione ortis.

In plurimis morbis desperatis, in quibus vidi remedia optima, continuo usu & longo tempore adhibita nil profuisse, tentavi cicutam, & hac sæpenumero salutem adtuli.

Hydrops, ab induratione viscerum abdominalium ortus, sæpe soli cicutæ cessit; sæpe & alia remedia simul requirebantur, sæpe ta-

men nequaquam poterat curari.

Annosam arthritidem, inveteratos rheumatismos, spinam ventosam, luem veneream, surditatem, melancholiam tristissimam (a materie) scabiem, tineam capitis, serpiginem pessimam, ulcera scedissima, sinus & sistulas maxime pertinaces sola cicuta plerumque seliciter debellavi, sanavi.

Obtigerunt tamen & mihi casus in quibus cicuta non profuit, usu quamvis longo &

larga dosi adhibita.

Virgo, 20. annorum, ob tumorem, pugno virili majorem, ex bucca finistra ortum, & cum maxilla inferiore firmissime concretum, ultra dimidium annum cicutæ extractum magna dosi quotidie assumsit, & inde nullum habuit levamen, unde pertæsa abstinuit.

Alia virgo, 25. annorum, tumorem ingentem & nigricantem in latere colli dextro a

multis annis habuit.

Tentavi cicutam, verum mox oriebatur febris, & ægra fiebat debilis.

Alia tamen remedia contra hunc tumorem exhibita & externe applicata nil quoque juverunt.

Hinc Dominus Collin & ego diversa sub forma & minima dosi & additis aliis medicamentis cicutam denuo in hoc subjecto voluimus experiri; verum priora mox iterum symptomata orta sunt, & ægra ex usu cicutæ, quamvis maxime limitato, languit, & angebatur.

Unde

Unde tumor fibi erat relinquendus.

Fœmina, 42. annorum, in mamma dextra scirrhum admodum dolentem a sex mensibus advertit, ab eo nimirum tempore, quo cœpit menstruo sluxu carere.

Chirurgus pro fomento externo fuadet fæ-

ces vini in vino coctas.

Intra biduum scirrhus suit longe major, durior; cutis livuit.

Dein rupta est epidermis, & acre fœti-

dumque ferum transudavit.

Per plures dein septimanas varii chirurgi &

medici varia tentarunt.

Verum morbus semper siebat pejor, ægra conquerebatur siccam tussiculam, & ardorem in pectore; incipiebat noctu sudare, emaciari.

Tandem ego, in confilium vocatus, suasi cicutam, decoctum hordei crudi, & copiosum

lac.

Vires inde auctæ funt; cessavit sudor nocturnus; rediitque appetitus, & mammæ color siebat rutilus, & durities minor.

Per binos fere menses spes erat optima cu-

randi hanc fæminam.

Dein, nescio quo casu, subito orta est tussis, quæ adeo violenta fuit, ut sanguis sputo prodierit.

Hinc debebam a cicuta abstinere, & ægra

tandem phthisi consumpta est.

Alia fœmina, cancro aperto laborans in mamma dextra, ex usu cicutæ melius habuit, & durities exulcerata erat ad minimum ²/₃ minor.

Verum

Verum supervenit sebris tertiana, quæ vires omnes prostravit.

Cicutam tunc illico removi, & larga manu

dedi corticem Peruvianum.

Febris fugata est; redierunt vires, & ex usu corticis Peruviani omnia videbantur meliora.

Hinc corticem per binas feptimanas adhuc continuavi.

Accessit autem tunc asthma glutinosum, quo hæc ægra jam ante tres annos laboravit; sputa nulla prodierunt; hinc suffocata obiit.

Vir, septuagenario major, prehenditur apoplexia, unde brachium sinistrum & pes ejus-

dem lateris paralyfi afficiebantur.

Magna fimul tuffi hicce æger laboravit, & habuit in latere colli dextro tumorem, binis

pugnis majorem, farcomatofum.

Dum medici & chirurgi plurima medicamenta, fine effectu, per multos menses adhibuerunt, relinquebant tandem fatis hunc miserum.

Et tunc ægrotantis uxor me rogavit, ut accederem.

Vidi ægrum senectute & morbo fere confumptum, difficulter respirantem, reddentemque sputa pauca, difficilia, glutinosa; tumor colli erat durus, lividus, purpureus, & in eo rosit continuus dolor.

Malam statim prognosin uxori dedi, & nil promisi; blando tamen sermone tristem senem erexi, præscripsique remedia, quæ levamen essent allatura.

Prodiit

Prodiit sputum copiosum, & pectus fiebat magis liberum; vires paulisper augebantur.

In tumore autem mansit dolor continuus,

& augebatur ejus moles.

Hinc ipse æger institit multis precibus, ut

cicutam contra hunc tumorem tentarem.

Novi cicutam etiam debilissimis senibus nequaquam nocere, dedi igitur mane & vesperi grana duo; præterea autem continuavi reme-

dia, quæ pectus a sputo liberarent.

Mirus advertebatur cicutæ effectus; sputa prodibant copiosa, & magis cocta, & spatio paucorum dierum in partibus paralyticis major motus, & sensibilitas advertebatur; in tumore dolor est multo imminutus, nec amplius suit continuus, sed tantum per vices rediit; vires autem auctæ non sunt, & appetitus mansit deletus.

Dofin cicutæ non auxi.

Mense circiter elapso tumor videbatur mollior, reliqua autem erant in priori statu, & æger nil fere nutrimenti assumsit.

Nihilominus eum in quartum mensem conservavi; dein vero omnes vires ex desectu nutrimenti conciderunt, & intra octo dies miser extinguebatur.

Aliquoties dedi cicutam in cataracta, & longo usu & forti dosi tandem profui; pluries autem nullum inde in hoc morbo effectum

observavi.

Circa uteri ulcera cancrosa quatuor habui feeminas, quas cicuta optime sanavi; plures alias habui, quibus cicuta per aliquot tempus adtulit

adtulit levamen, verum eas nequaquam re-

Aliis hoc morbo laborantibus cicuta plane non profuit, & fuerant quædam, quæ hoc remedium non poterant ferre, conquerentes inde majores dolores, virium dejectionem, & fluxum ichoris magis fætidum, acriorem, copiofiorem.

An propterea cicuta proscribenda? fimilibus

in cafibus non debet dari usu continuato?

Hæc oportuit candide & fincere hicce loci adnotare, ne quis posset oggerere, me velle meris cicutæ laudibus mundo literato imponere.

CAPUT III.

Nunc quædam aliorum medicorum observata referam, convenit.

Ruditissimus Petrus ab Armis, medicus Tridentinus, in humanissima sua epistola, quam mense Augusto 1760. ad me dedit, sequenția habet:

" Interim per me tibi gratias agit ingenio-" fissima puella, quam tuo ductu cicuta tua a " scirrho in mamma sinistra felicissime curavi."

Celeberrimus Josephus Baader, Medicinæ Professor Friburgensis circa cicutam hæc scribit:

" Ope cicutæ, quam jam officinalem hic feci,

" intra septem hebdomadas persectum & aper-" tum carcinoma mammæ in sæmina sanavi.

" Scirrhi illi fublinguales admodum dolen-" tes in alia fæmina, de qua jam alia occasione " mentionem feci, ita modo fe habent, ut ex " latere finistro vix vestigium amplius adsit,

" ex dextro vero latere scirrhus multo minor

", fit, parumque jam doleat, licet per quatuor-

" decim annos eundem jam mulier senserit. " Scirrhum alium in collo, quem juvenis

" jam per decem & ultra annos ad omnia re-

" media rebellem gessit, intra quinque men-

" ses usu extracti & fomenti de cicuta resolvi.

Celeberrimus Martinus van der Belen, Medicinæ Professor Primarius in Alma Universitate Lovaniensi, &c. ——,, Quamvis autem eæ, ,, quæ in tuo libro exponuntur, observationes

" certam fidem satis evincant, tibi non dif-

", pliciturum autumo, fi & successum curæ,

" quam cum cicuta institui, breviter commu-

, nicavero.

"Quadraginta annorum virgo ante tres cir"citer annos, citra causam externam sensibi"lem, scirrho in mamma sinistra corripitur,
"cui initio nihil opposuit: postea vero varia,
"quæ ab aniculis commendabantur, remedia
"applicuit, donec magis aucto tumore, & in"crescente indies doloris vehementia, mense
"Majo 1760. chirurgum advocaverit, qui
"mali imperitus ad maturandum tumorem
"ter de die cataplasma imponere justit, eo
"quidem effectu, ut jam omnia celerius in

" pejus ruerent.
" Interim nullo capto confilio ad aperturam

" tumoris nefando ausu processit, ex quo ma-" lignitas aucta est, & sanguinis profluvium

" aliquoties accessit.

" Tandem mense Julio accersitus vidi hor-" rendo spectaculo carcinoma ingentis adeo " voluminis latus sinistrum occupare, ut a " clavicula ad ultimam costam veram, & a

, sterni margine usque ultra costarum maxi-, mam curvaturam extenderetur, subjectis to-

, tum accretum.

" Varicosæ venæ in superficie digitum sere " latæ spectabantur, vasaque arteriosa eum in " modum dilatata erant, ut singulis pulsibus " sibi commissa ponderosissima tumoris moles

, tota elevaretur.

"Debilis cæterum & emaciata ægra febre "continua hectica laborabat, catemeniis ta-"men fuo tempore, ut femper ante factum "fuerat, rite fluentibus.

" In hoc rerum statu spem unicam in ci-" cuta posui, quam ad tui præscripti normam,

" fensim aucta dosi, ita præbui, ut ægra indies " xxiv. pilulas granorum duorum assumeret,

" imposito simul cataplasmate ex antisepticis

" & cicuta ad pondus omnium.

" Quo factum est, ut post aliquot septima-" nas tumoris tota massa gangrænosa evaserit, " adeo ut eam iterata sectione auserre opor-" tuerit, cute, quousque affecta non suerat, " servata.

" Subjecta sana apparuerunt, jamque pure " discreta suerant, in quo tamen odor, qualis

,, a gangrænoso tabo spirare solet.

", Itaque digestiva cum antisepticis superpo-", nenda, pilulas ex cicuta, minuta tamen ", dosi, continuandas, simulque tres corticis ", Peru" Peruviani drachmas singulo die præbendas

" justi.

" Brevi omnia spem seliciter absolvenda, curationes secerunt, tumque solis externis " præsidiis ulcus eousque coaluit, ut minima

" faltem apertura, dum hæc feribo, fuperfit,

" nullaque sub toto curationis tempore sun-

" gosa propullulaverit caro, adeo ut de inte-

" gerrima sanatione secura videatur, jamque

" pristina officia resumserit, &c.

Summas celeberrimo ac eruditissimo huic Professori gratias hic publice ago, quod casum adeo pulchrum mihi communicare voluerit.

Etenim ex tota hujus morbi historia nos omnes optime docemur, qua methodo artem

nostram exerceri oporteat.

Nam patet inde, non uni semper remedio esse fidendum, sed debere quandoque alia simultum externa, tum interna, vocari in usum, debere quandoque quædam demi, & alia addi, ut optatus eveniat essectus.

Atque ideo ars jubet medicum esse ratio-

nalem.

Quandoque instrumenta chirurgica in usum vocanda sunt.

Doctissimus castrensis medicus Dominus Joannes Kollman mihi hæc retulit:

" Cæterum non possum satis laudare virtu-

" tes extracti cicutæ.

"Habui inter meos ægros militem, qui in "hypochondrio finistro ingentem tumorem, "admodum durum, gruvantem, dolentemque

,, a longo tempore gessit.

G 2 ,, Demum

"Demum incepit ingesta omnia vomitu " reddere, sensitque continuum & acutum do-

" lorem, & emaciabatur.

" Pulsum habuit febrilem, elevatum, & " propterea illico venam fecari juffi, externe " applicui cataplasmata emollientissima, injeci " enemata oleofa, & præscripsi decocta resolventia, nitrosa, mellita, cum interpolatis

" paregoricis,

", Per hæc faltem ulteriorem inflammatio-", nis progressum impedivi, febrem mitigavi, ,, dolorem minui; tumor autem non minor,

" fed potius major duriorque factus est.

" Dedi igitur ferum lectis cum multo fale " polychresto & melle, atque pilulas ex sa-", pone Veneto, & gummi ferulaceis.

" Sed diuturno usu his quoque nil effectum

" fuit.

" Tandem deveni ad extractum cicutæ, quo " ad drachmas duas forma misturæ quotidie assumpto, sensim minuebatur tumor, & post " mensis spatium nec tantillum supererat, & æger bellissime habuit, recuperavit vires, & " firmam fanitatem.

" Omnes, qui mecum viderunt hunc ægrum, " felicissimum curæ eventum, atque celerem 3, & fere inexspectatam cicutæ efficaciam satis

" mirari non potuerunt.

,, Scirrhos inveteratos, & ad omnia reliqua " remedia rebelles, in diversis corporis parti-,, bus fola cicuta, usu interno data, sæpissime " refolvi, &c.

Clarissimus Crampagna, Consiliarius & Archiater Serenissimi Lotharingiæ Ducis CAROLI, Bruxellis multa experimenta ufu cicutæ instituit, & fere semper felicem vidit effectum.

Iter tamen, quod Viennam erat faciendum, virum hunc doctiffimum impedivit, quo minus potuerit ipse omnium curationum exitum

exspectare. The end of the control o

Unde, pro innata sua humanitate, sequentes casus hic Viennæ mihi communicare est dig-

", Fæmina, quadraginta quinque annorum,

", a longo tempore scirrho, qui ovum galli-" naceum magnitudine æquabat, in mamma

,, dextra laboravit. To allive did and

" Remedia externa internaque, ex confiliis " medicorum ac chirurgorum applicata, nec

" minimum præstiterunt effectum; tandem

,, præscripsi pilulas de cicuta, & sensim dedi

" drachmam dimidiam quotidie; externe ap-

" plicabatur cataplasma ex cicuta, & lacte pa-

, ratum.

" Spatio trium septimanarum evanuerunt ", dolores, & scirrhus in plures moleculas di-" vifus eft.

,, Hoc in statu reliqui ægram, quoniam

" Viennam debui proficisci.

" Propter idem iter non poteram integre

", finire casum sequentem:

"Fæmina, 50. annorum, venit ad me pe-" titura confilium contra cancrum apertum, " quem in mamma dextra gerebat, & sub

" axilla ejusdem lateris hæsit scirrhus, nuci

" juglandi par.

" Præ-

", Præscripsi statim pilulas & somentum de ", cicuta, scirrho sub axilla imposui empla-", strum de cicuta, & ulcus cancrosum deliga-", batur linteis carptis, decocto cicutæ ma-", didis.

", Post quindecim dies, dum ægram vidi, ", mirabar summopere celerem & ingentem

" mutationem, quam inveniebam. enalogiza

"Etenim ægra jam bene appetiit, tranquille "dormivit, nec ullum amplius dolorem pre-"cepit, & ipsa fatebatur sponte, quod ex usu "hujus remedii non tantum actiones omnes "insurgant, & corpus suum vigorem recupe-"ret, sed etiam quod mens inde recreetur.

" Scirrhus sub axilla erat, jam perfecte so-

, Tutus, diffipatus inter amount albems A ..

5, chatur. mussiles turnstillem pus reperi-

, Usu pilularum de extracto cicutæ, em-, plastro de cicuta, frictione, & iterata ap-, plicatione vaporum aceti ad locum affec-, tum integre dissipavi scirrhum admodum , magnum & rebellem, quem virgo, 13. , ann. circa aurem sinistram habuit.

"Fæminæ, 30. ann. propter scirrhum in mamma consului, ut bis de die aceti vapores , applicaret, & dein imponeret emplastrum , de cicuta; pro usu interno præscripsi un, ciam unam extracti cicutæ in pilulas, grano, rum duorum, ut ægra inde quotidie sumeret , quindecim.

,, Absumptis his pilulis, putavi alia adhuc ,, dosi forsan opus esse; verum sæmina egit ,, gratias, " gratias, mihique ostendit se usu horum re-

" mediorum brevi temporis spatio esse integre

" fanatum.

" Fæmina 46. ann. cancrum apertum in " mamma habuit, cujus progessum applica-

" tione pulveris corticis Peruviani jam aliquo

" tempore impedivi.

" Mamma præterea tota scirrhosa fuit, &

" pectori firmissime adhæsit.

" Clarissimus Manderlier, Confiliarius &

" Archiater, collega meus, hanc ægram quo-

" que vidit.

" Dedimus ei statim pilulas de cicuta, quas

" Dominus Manderlier Vienna accepit; super

,, tota mamma posuimus cataplasma ex cicuta,

" & ulcus fecimus deligari linteis carptis, forti

" cicutæ infuso madidis.

" Post paucos dies videbamus optimam " suppurationem, mammæscirrhus fuit multo " minor, & ægra vix amplius sensit dolores.

" Dum Bruxellis iter Viennam suscepi, vidi " hanc sæminam in statu admodum bono, &

" omnia tendebant in fanationem.

" Et doctiffimus Archiater Manderlier nunc

" paucis abhine diebus me literis certiorem

,, reddidit, ulcus cancrosum optima cicatrice

" esse perfecte consolidatum, & mammæ tu-

" morem scirrhosum & cancrosum integre

" diffipatum.

" Fæmina 45. ann. me consuluit supra

,, tumore ad costas spurias, qui pugnum viri-

", lem magnitudine superavit.

G 4 , Magna

" Magna cum attentione hune tumorem " examinavi, & manifeste observavi mate-" riam in eo esse collectam.

" Præterea una ex his costis spuriis erat

" valde crassa, tumida, elevata.

"Boni effectus, quos ex cicuta fæpius vidi, "me quoque determinaverunt, ut hoc reme-

", dium in hoc quoque casu tentaverim, &c.

" Præscripsi præterea lenes frictiones, & bis " quotidie aceti vapores applicui, dein tumo-" rem emplastro de cicuta texi.

" His vidi magna cum lætitia id effectum

" esse, ut tumor disparuerit, & costa redierit

" ad statum naturalem, &c.

" Homo, quem alias remediis antiscorbu-" ticis a pessimo scorbuto aliquoties curavi, " nunc iterum in eundem morbum incidit.

" Remedia autem antiscorbutica nequa-

,, quam profuerunt, imo morbus semper alti-,, ores egit radices, & erat de hujus hominis

, vita timendum.

"Hoc in statu adhibebatur cicutæ ex-"tractum, & æger ex pessimo morbo optime "convaluit.

Dexterrimus, Dominus Cambon, Confiliarius & Primus Chirurgus Serenissimæ Ducis Lotharingiæ, binos casus mihi communicavit:

"Homo, quinquagenarius, a sex annis ha-"buit ulcus in interna & media cruris dextri

,, parte.

,, Ad hoc ulcus curandum multi medici & ,, chirurgi plurima artis auxilia tentarunt; ast ,, æger nil omnino levaminis sensit.

" Tandem

" Tandem mense Martio 1760. me accessit " petiturus consilium.

" Agnovi statim ulcus cancrosum esse.

" Per tres menses varia interna & externa " remedia huic ægro præscripsi, & ego ip-" semet ulcus mundavi, deligavi.

" Verum omnis mea opera, quamvis ex-" actissima & magna cum attentione sedulo

" applicata, incaffum fuit.

" Ulceris labia manebant livida, callofa, " fungofa, & venæ in toto ambitu varicofæ,

, & nulla omnino in melius mutatio obser-

" vata est.

" Arte igitur ulceris labia & totum fun-" dum fatis profunde abstuli, ut hac ratione " fieret vulnus recens & purum, quod sola

" confolidatione opus haberet.

" Verum hæc operatio æque parum pro-" fuit, ac omnia remedia huc ufque tentata; " nam prius malum, adhibita licet omni

" cautela, repullulavit.

" Hoc ulcus jam pro incurabili habui, & " miserum dimisissem sine ope, nisi tunc " temporis mihi innotuisset esse experimenta " quædam Viennæ edita, quæ demonstra-" bant cicutam in similibus casibus mira

", præstare.

" Extractum igitur cicutæ statim exhibui, " idque felicissimo cum successu.

"Etenim post paucos dies lætus vidi "magnas & velocissimas in melius muta-"tiones. " Nec ullum malum fymptoma fuperve-" nit, & ulcus cancrosum, antea adeo re-

" belle, spatio trium septimanarum perfec-

, tissime sanatum est.

" Antequam hic homo cicuta esset usus, " conquerebatur semper salivam salsam, acrem,

" erodentem; mox autem sub usu cicutæ

" hicce sapor evanuit, & saliva erat insipida,

" naturalis,

" Homo, triginta aliquot annorum, mon-" strosum tumorem in collo habuit.

", Remedia tam vegetabilia, quam mine-", ralia penetrantissima, nil prorsus juverunt,

" quamvis longo tempore & usu largissimo

, fuerint adhibita, de should and course

", Solum extractum cicutæ magna dosi in-", terne datum tandem hunc pertinacissimum

, tumorem emollivit, dissipavit.

" Externe præter emplastrum de cicuta

, nil appositum est.

Clarissimus Kaisin, qui Leodii praxim medicam summa cum laude exercet, in doctissima sua epistola, ita ad me scribit:

" Ego tuam methodum exacte fui secu-" tus; a parva dosi semper incepi; crederem

" affirmative respondendum esse ad tuam " quintam quæstionem, quæ de remediis

" purgantibus (an sub usu cicutæ conveniant)

, agit.

" Etenim fere omni feptimana dabam meis

, ægris purgans, & eis conducebat.

"Eadem phænomena sub usu cicutæ ob-" servavi, quæ descripsisti; vidi cutis colo-" rem " rem lividum abire in rubrum, rubrum in , naturalem, dolores fub initium minueban-

" tur, & tandem solo cicutæ usu cessabant

», penitus.

" Sanies pessima convertebatur in pus bo-" num, durities scirrhosæ dividebantur in

" moleculas, & dein insensibiliter fundeban-

" tur, subinde vero benigna suppuratione con-

, fumptæ funt.

"Vir, feptuaginta septem annorum, a tri-"ginta annis habuit duritiem indolentem in "fcroto; hæc sensim augebatur, & superve-"nit hydrocele.

" Ego advocabar, & inveniebam fympto-

" mata, quæ, confiderata hujus viri ætate,

mortem minitabantur.

" Justi tunc, ut advocaretur Dominus Falise, " chirurgus expertissimus, & conclusimus sta-" tim dare cicutam, & externe apponeba-

" mus emplastrum de galbano.

" Spatio quindecim dierum omnia in me-" lius mutabantur: ægri facies, alias plum-" bea, nunc habuit colorem naturalem, auc-

" tæ funt vires, & rediit appetitus, & tumor

" scirrhofus incipiebat suppuratione solvi.

" Nos nullam fecimus aperturam, donec " fponte integumenta fuerunt rupta.

", Pus multum profluxit, aquæ autem re-

" clusæ manebant.

" Unde has punctione eduximus.

" Demum benigna suppuratione insensibi-" liter totus tumor consumebatur, integumenta " rupta concreverunt cum testiculo recto.

" Hicce

" Hicce vir, habita ratione suæ ætatis, per-

"Erat autem a sua juventute nephriticis "doloribus multum divexatus; ego ei jam "per tredecim annos remedia, his in casibus "usitata, præscripsi, & inde sat commode

,, vixit; verum semper prodiit urinæ loco

, merum pus, & mucus.

"Nunc autem post usum cicutæ urina "prodit facile, & est penitus naturalis, sub-"inde tantum paucum purulentum sedimen "advertitur.

"Videns, quod remedium nunquam sani-"tatem turbaret, &, cogitans apud me dari "quandam analogiam inter fistulas in aliis "corporis partibus, & inter eas, quæ circa "anum sunt, statui cicutam in fistula ani ten-"tare.

"Vir, 50. annorum, qui jam a quadrien-"nio hoc malo laborat, & cui jam dudum "fuafi operationem, quam vero neglexit, "nunc a tribus menfibus utitur cicuta, & "evanescunt dolores, & materiei fluxus mul-"tum minuitur.

Clarissimus medicus Bruxellensis Joannes van der Belen, &c. hæc habet:

", pluris est, quam omnia: in podagra plu-", rimorum pulcherrimos vidi essectus.

"Externe applicui herbam cicutæ lacti "incoctam, interne dedi cicutæ extractum "in quadam mistura dilutum, dosi satis "larga.

" Ope

", Ope cicutæ plurimos curavi scabiosos, ", sed cura semper admodum tarda suit; idem ", quoque in rheumaticis mihi contigit.

" Quoad cataractam incipientem in am-" bobus oculis, unicam fæminam rusticam

" habui, quam feliciter curavi.

"Verum hoc opus, hic labor fuit; ascendi, "usque ad drachmas sex extracti cicutæ sin-"gulis viginti quatuor horis, ea scilicet con-

" ditione, ut larga manu superbiberet infu-" sum summitatum euphragiæ cum semini-

" bus fœniculi dulcis & liquiritia.

"Hæc fæmina a vigesima secunda Aprilis "usque ad tertiam Novembris 1760. sumsit

" extracti cicutæ uncias sexaginta octo.

" In phthisi stupendam cicutæ efficaciam " frequenter observavi, quosdam jam penitus

" desperatos extracto cicutæ restitui.

" Pessimis cachecticis, in quorum ventricu-" lis nimia muci & glutinis copia secerne-" batur, extractum cicutæ, junctum cum

" elixiriis stomachicis, sæpissime profuit, ubi " alia remedia, longo tempore adhibita, nil

" prorfus effecerunt.

Hermannus Gleisner, Græcensis Physicus celeberrimus:

----, En historiam cancri, a me cicuta

" percurati:

"Vir, quadraginta aliquot annorum, tem-"peramenti cholerici, ab aliquo tempore "glandulas inguinales tumidas, & dein do-"lentes gessit; has barbæ tonsor audacter dis-

2, cidit; ex vulnere fluxit merus sanguis sine

", pure,

" pure, oriebatur ingens dolor, & applicatis " variis corrofivis, multoque lapide infernali,

" fædum evafit ulcus.

" Post integrum fere annum, & applicatis " omnis generis medicaminibus, æger miserri-

mus lecto jam continuo affixus meam tan-

dem opem invocavit.

" Vidi ulcus occupare inguen dextrum, & ", deorsum versus orificium ani, sursum versus umbilicum exporrigi, aggredique jam scro-

, tum & penem.

" Labia retorta, ichor cadaverosus, dolor ingens, frequens hæmorrhagia, & malum femper ulterius ferpens, & ad omnia quæque remedia hactenus rebelle, mihi can-" crum accufabant.

" Confului desuper Dominum Buck, dex-,, terrimum chirurgum, obstetricumque hic loci magistrum, qui etiam ulcus primo in-

tuitu carcinomaticum agnovit.

" Dedi igitur cicutam interne, externe, & , viro adeo exhausto exhibui hydrogalactam

pro potu ordinario.

,, Primum erat, quod post aliquot dies pes-", fimam nephytin abire, & tandem omnem locum ichoris vice pulcherrimo madere

pure observaverim.

" Demum ad marginem labiorum ulceris " nova exorta funt ulcufcula, ipfa labia (quod ", aspectu mirum erat) sensim & sensim solve-" bantur, tota plaga ulceris magis & magis ", emolliebatur, & quasi fundebatur, usque-" dum conditionem fani vulneris induxit.

" Spatio quatuor mensium hoc ulcus per-

, fecte fanatum est.

Diligentissimus ac expertissimus Dominus Koller, chirurgus, sequentem mihi epistolam ex Bohemia scripsit: ---

"Fæmina 36. ann. anno circiter abhinc "oriebatur in labio oris inferiore tuberculum,

" lentis magnitudine.

"Hoc tuberculum sensim augebatur, & "tandem, dum nucem avellanam adæquavit, "supprimebantur menses, & cutis circa tumo-

,, rem fissa est, atque transudavit continuo

" humor acer.

" Varia externe applicata sunt; verum res

" semper in pejorem statum mutabatur.

"Mense Novembri 1760. ægra ad me ad-"ducebatur: re bene considerata, vidi ulcus "pessimum, cancrosum, inveni museulum or-

" bicularem labii inferioris usque ad medie-

,, tatem musculi mentalis seu quadrati exul-,, ceratione cancrosa consumptum.

" Uterque angulus oris, præsertim vero " dexter, jam erat ad pollicis latitudinem sat " profunde exesus, corrosus.

" Fædum erat & nauseosum videre hoc " turpissimum ulcus; ulceris autem labia un-

,, dequaque fuerunt callosa, retorta.

"De amputatione serio apud me cogitavi; "verum, collatis omnibus, vidi vulnus inde "oriturum ingens, quod ob necessarium mus-

" culorum adjacentium motum nequaquam " posset obduci cicatrice; aut, si id cicatrice

" firmaretur, maneret cavum fædissimum,

" nunquam reparandum.

" Omifi igitur operationem, & extractum

" cicutæ sequenti ratione adhibui.

" Dedi statim in principio quotidie triginta " duo grana extracti cicutæ, diluti in mistura.

" Et quamvis observaverim jam primis " octo diebus dolores multum diminutos fuisse, per integrum tamen mensem eadem

extracti dosi continuavi.

" Externe applicui ad totum ulcus lintea ", carpta, fequenti remedio madida:

R Extracti cicutæ dr. ij.

folve in aquæ calcis primæ infusionis

Lib. i.

" Ulcus hac ratione toties deligavi, quoties " adverti ferum acre ex cancroso ulcere pro-" fluens jam penetrare lintea carpta.

" Sub initium necesse erat, ut & noctu ali-

" quoties deligatio renovaretur.

" Hoc idem remedium externum a princi-", pio ad finem usque curationis adhibui, ea tantum differentia, quod ultimo mense, dum vidi carnes recrevisse, ulcusque esse ", consolidationi proximum, applicuerim id , paulo levius fequenti modo:

R. Extracti cicutæ dr. i.

aquæ calcis secundæ infusionis Lib. i.

" Finito primo mense, jam omnia erant in ,, statu longe meliori; salivæ prosluvium, quod ,, antea continuum & copiosum erat, jam vere ", defiit; faniei loco aderat optimum pus, omne ", callosum sensim emollitum & diffipatum ,, est, & fanissimæ carnes undequaque recre-,, verunt; ægra optime dormivit, bene appe-

> tilt

, tiit, & quod maximum, rediit fluxus men-

" Extracti cicutæ dosim tunc diminui, &, loco granorum triginta duorum, dedi tunc

" quotidie grana viginti quatuor, & hac

" quantitate iterum per integrum mensem

" continuavi.

"Tertio & ultimo curationis mense, "quum omnia optime procederent, dedi "tantum quotidie grana duodecim extracti "cicutæ, & hæc dosis ad persectam curatio— "nem suffecit.

" Tempore curationis ægram quinquies

", purgavi, remedio fequenti:

R. Pulv. rad. jalap. dr. fs. cremor. tart. gr. x. m. f. pulv. pro dofi.

" Ab hoc remedio alvus semper quinquies

" aut sexies mota fuit.

"Fœmina pauperrima erat, hinc facile "patet qualem diætam potuerit observare; "ea nimirum assumsit, quæ ab aliis sponte "ex misericordia offerebantur.

" Quemadmodum autem ante usum ci-" cutæ ob enormes continuosque dolores, &

" ob ingentem salivæ deperditionem, tota " cachectica, emaciata, & fere consumpta

" fuit, ita e contrario post curationem fuit pin-

" guis, quadrata, firma, robusta.

", Et, quod plurimum debemus admirari, ", omnes partes ulcere cancroso erosæ & con-

" fumptæ integerrime recreverunt.

H

" Cica-

" Cicatrices circa utrumque oris angulum " adeo pulchræ & naturales funt, ut fere " nihil observetur.

" Labium oris inferius debitam altitudinem " recuperavit, & ad superius potest bene ad-

" moveri; paulo tantum angustius est, quam

" in statu naturali esset deberet.——

Curatio hæc certe pulcherrrima est, & chirurgus magnam meretur laudem, etenim optimi chirurgi & medici vices prudentissime implevit.

Experientia, judicium, & industria in arte

medica & chirurgica plurimum valent.

Dominus Sebastianus Kaim, chirurgus, mihi communicavit casum puellæ quatuordecim annorum, quæ ulcus cancrosum in latere sinistro habuit.

"Hoc ulcus ab aure usque ad medietatem "menti sese extendit, & duos pollices serpsit "infra mentum, versus superiora ultra os ju-

, gale ascendit.

"Horrendum erat videre hoc ulcus, ete-"nim omnia erant putridissima, sanie corrosa,

" & ad offa usque exesa.

" Decocta diversissima, fomenta, & empla-" stra, ipsa remedia mercurialia & antimo-

,, niata, nil profuerunt, & malum semper in

" latum & profundum repfit.

" Data autem cicuta, & applicato ex ea-" dem herba fomento externo, perfecta curatio " fequebatur.

Eruditissimus Georgius Hasenöhrl, physicus solertissimus in nosocomio Hispanico militari:

____, Fre-

,, Frequentem nactus occasionem experimenta faciendi in ægris, quorum cu-

, ram gerebam in nosocomio, id observavi,

duros annososque colli tumores ope cicutæ

fusos liquatosque fuisse.

,, Inter alios erat miles, qui collum totum , ob ingentes & ad omnia remedia rebelles

scirrhos rigidum habuit, sola tamen cicuta

integre curatus ex nosocomio discessit.

" Cancrum occultum in mamma finistra, a ", causa externa ortum, duritie & mole infig-" nem, diuturno cicutæ ufu penitus curavi.

" Cancro aperto circa angulum oris finistrum undique jamjam proserpenti intra sex

feptimanas ufu cicutæ frænum injeci, & tri-

mestri spatio malum eodem remedio fundi-,, tus exstirpavi.

" In spina ventosa semel iterumque cicutam , profuisse vidi.

" In ulceribus cacoëthicis, in fcabie fædif-

", fima, inveterata, & maxime rebelli, idem

, medicamentum integro cum fuccessu pluries ,, adhibui.

Josephus Quarin, perspicacissimus apud fratres misericordiæ Physicus & Cæs. Reg. sanitatis Confiliarius, &c.

,, Multos fola cicuta curavi inte-" gerrime, qui annofa arthritide, aut rheu-

" matismo, laborarunt, quique plurima reme-

" dia hucusque incassum tentarunt.

" In tumoribus arthriticis pulcherrime pro-,, dest decoctum cicutæ, si pars affecta ei im-

" mergatur.

" Pertinacissimos parotidum, glandularum " colli, subaxillariumque, &c. scirrhos solo

" extracto cicutæ facile & cito fæpius diffi-

" pavi.

"Dedi autem plerumque his ægris statim "in principio largam dosin, alvus quandoque

, inde cum euphoria movebatur; externe in , aliquibus appofui emplastrum de cicuta.

", Inter alios vir, 32. annorum, surdus, in-", gentes scirrhosas & fere lapideas parotides

" habuit, & glandulæ colli erant quoque scir-

", rhosæ, & adeo magnæ & penetrantes ver-", sus interiora, ut respirationem secerint labo-

" riofam.

" Hunc solo extracto cicutæ, & fomento " ex eadem herba parato, optime restitui.

" Etenim omnes tumores disparuerunt, & ,, rediit auditus, & respiratio erat sanorum si-

" milis, & homo antea emaciatus, sub usu ci-

,, cutæ, recuperaverit carnes & vires.

" In tuffi pertinaci cum levi pulmonum " ulcere pulchrum effectum mihi edidit ci-" cuta.

" In binis progressum cataractæ impediviope " cicutæ, sed cataractam inde diminui non vidi. Leopoldus Auenbrugger, medicus vigilantis-

fimus in nosocomio nationum:

", tracto cicutæ percuravi, neque horum hi", ftorias longius explicandas putavi, quia re", medii præstantia in hoc genere mali aliunde
", ab tuis aliorumque experimentis iterum ite", rumque confirmata fuit.

" Unius

,, Unius tamen scrophulosi historia mihi no-

, tatu dignissima videtur.

" Militi, cui submaxillares glandulæ omnes " duro tumore vehementer turgebant, obtuli " extractum de cicuta eadem, qua proposuisti, " methodo.

" Levamen notabile inde consecutus est " æger; atque ideo idem remedium repetii.

"Sanitatis suæ citius recuperandæ causa se-"cum reputavit æger, quod, si pilulas in ma-

,, jori numero frequentius caperet, citius ad

" fanitatem rediturus effet.

" Inscius ego suæ intentionis seci ex uncia " dimidia prædicti extracti formari pilulas gra-" norum duorum, ut per plures dies sufficerent.

" Sed en! has pilulas spatio unius diei bona " fortuna devroravit, eo effectu, ut sine ullo " incommodo vel dolore ultra quinquagesies

,, per triduum dejiceret, totusque tumor intra

" hoc tempus disparuerit sic, ut præter admo-" dum parva vestigia induratarum glandula-

,, rum nil fuerit relictum.

" Torosus & juvenis iste æger vigesimum

,, quintum annum nondum fuperavit.

" In cancrosis, cacoëthicis, gangrænosis ul-" ceribus sæpius extractum cicutæ optimo cum " effectu exhibui.

" Et vidi hujus remedii usu partes gangræ, " nosas longe citius separari a sanis, quam usu

", corticis Peruviani.

"Fæminam gravidam, quæ aperto in "mamma cancro laboravit, ope cicutæ op-"time fanavi, & peperit infantem fanum.

H 3 , Mamma

" Mamma tamen ob exiguam suam moz " lem, & ob sædam cicatricem, ad lactandum " infantem inepta est.

" Verum ex fana mamma infans fanus &

", robustus egregie sugit.

Doctiffimus Josephus Henricus Collin, meus in nosocomio Pazmariano Collega, præter alia experimenta, quæ circa varia vegetabilia, hucusque minus usitata, optimo & miro cum effectu in casibus difficillimis instituit, quæque in proximo anno medico literatis sincere & candide communicabit, circa cicutam hæc habet:

, Scirrhos ingentes, annosos, do-, lentes, circa parotides, sub axilla, in collo, , in mammis, &c. solo cicutæ usu interno , externoque solvi, dissipavi.

" Ulcera saniosa, serpentia, cancrosa, & ad

" omnia remedia rebellia, inde optime fanata, " & fistulas, profunde penetrantes, clausas sæ-

pius vidi.

" Magnos ad genua tumores, quos alii me-" dici & chirurgi pro incurabilibus declara-" runt, ego & Dominus Haffner, expertiffi-

, mus in nostro nosocomio chirurgus, sola ci-

, cuta pluries integre dispulimus.

"Et rediit hujus articuli optima mobilitas, "& usus pedis, imo pedes antea emaciati dis-"pulso hoc tumore iterum torosi siebant.

" Materiem fluctuantem dum in his tumo-" ribus latere observavimus, cultello exitus

, parabatur.

Sinus,

5, Sinus, & fistulas, & cavitates, quandoque , in his tumoribus latitantes, faturato cicutæ

" infuso sæpius per diem eluimus, & externe

" cataplasma ex cicuta paratum, continuo ca-

", lidum, applicuimus.

" Datum præterea subinde est purgans.

,, Hac ratione desperatissimos ægros inte-

, gerrime fanavimus.

- " Offa tamen si circa has articulationes cor-, rupta & integre corrosa fuerunt, in statum
- ,, naturalem redigere non potuimus; hinc qui-

" busdam dispulso tur re articuli mobilitas

", non rediit, licet circa reliqua symptomata

" optimum senserint levamen, & vires recu-

" peraverint.

", Plurimi horum ægrorum erant cachectici,

" & cœperunt contabescere; his autem malis

", fola cicuta brevi quoque medebatur.

"Famosi quidam ex nostris chirurgis tu-" mores lymphaticos nolunt aperire, dicentes

", ægros citius tumore aperto mori.

"Hinc tales tumores pelle leporina tegunt,

" & ægros fine solatio relinquunt satis.

" Verum quidem est, apertis his tumoribus,

", magnam lymphæ copiam effluere, & per-

" petuo hujus lymphæ stillicidio posse tales

" ægros confumi.

" Nullo hucufque remedio hi chirurgi no-" verunt tale stillicidium compescere, & fac-

, tum vulnus curare.

" Ego autem & Dominus Haffner ad vul-,, nus arte factum lintea carpta infuso cicutæ

" madida applicuimus, & interne dedi cicu-,, tam H 4

" tam & lac recens, atque hac methodo om-" nes restituimus.

" Inter alios casus maxime dignus est unus " de puella octo circiter annorum, quæ a tri-

,, bus annis ingentem tumorem lymphaticum

, ad femur dextrum gessit.

"Hicce tumor semper increvit, puella in-, cidit in sebrem hecticam, & jam erat tota

,, emaciata, languida, & morti proxima.

" Medici hanc jam deseruerunt, & chi" rurgi annosi, & ex multa praxi periti, hujus
" tumoris aperturam summopere prohibu", erunt.

", Nihilominus doctissimus Dominus Haff-", ner & ego, ex multis felicissimisque casibus

, audaciores, anceps tentavimus remedium.

"Dominus Haffner, me præsente, pertudit "tumorem, & effluxerunt octo libræseri satis "acris.

"Sinus & fistulas profunde penetrantes un-"dequaque invenimus, unde casus adhuc erat

" difficilior.

"Data tamen cicuta, factisque aliquoties "per diem injectionibus ex infuso cicutæ, & "applicatis linteis carptis eodem infuso ma-"didis, intra paucas septimanas hanc puellam "persecte curavimus.

" Ex hoc casu patet ignorantia chirurgo-" rum aut medicorum posse quandoque vitæ " dies abbreviari, vera autem scientia medica

", eofdem posse prolongari.

" Si tumorem non aperuissemus, si remedia " convenientia non fuissent applicata, hæç " puella ", puella certo certius intra paucos dies obi-

" Multos scabiosos, arthriticos, & rheuma-" ticos, ubi jam alia quæcunque remedia nil

" juverunt, fola cicuta interne externeque

" adhibita felicissime sanavi, & membris ri-

" gidis, ac immobilibus, hac ratione rediit

" mobilitas.

" Fæmina, penitus emaciata, habuit mam-" mam finistram mole ingentem & scirrho-

" sam, & plura cancrosa, fungosa ulcera hanc

" mammam sat profunde exederunt; profluxit

", fanies copiosa acerrima, cadaverosa; & do-

,, lores rodentes ac lancinantes dies noctesque

" inquietas & anxias reddiderunt.

" Symptomata omnia adeo mala, viresque " adeo parvæ erant, ut vix ulla curationis spes " superfuerit.

" Nihilominus dato extracto cicutæ, & ex-

" terne applicato cataplasmate, ægra non tan-

,, tum a scirrhosa mole, sed & a cancro aperto

" integerrime liberata est.

" Ipsæ glandulæ subaxillares ejusdem lateris

" erant quoque scirrhosæ dolentes.

" Hæc ægra curationis tempore multum " lac, aqua pura, vel decocto quodam emol-

" lienti, dilutum, bibit.

", Celeberimus Anatomiæ Professor, Lau-", rentius Gasser, Clarissimus Serenissimi Ducis

" Lotharingiæ Archiater Crampagna, exactif-

" fimus ac dexterrimus Chirurgus Cambon,

"Dominus Leber, &c. hanc ægram, periculose

" decumbentem, dein curatam viderunt.

" Lætabar vehementer, dum hi viri in arte , maxime infignes me meumque nofocomium

", fua præfentia alioquoties honorarunt, & te-

" stabantur semper se admodum contentos,

", dum casus numerosos mirosque, & curas

,, feliciter procedentes, conspexerunt.

Diligens, perspicax, & ad omnem operationem aptissimus chirurgus, Dominus Ferdinandus Leber, multam impendit operam ad experimenta usu cicutæ facienda, & sequentia ad me retulit:

" Fæmina 35. ann. ex contusione habuit " mammam dextram admodum tumidam, o duram.

" Usa est variis remediis sine effectu, & " accessit demum ingens dolor, & papilla,

" corrupta, decidit.

" Præterea hæc fæmina gravida fuit.

" Me dum accessit, dedi pilulas de cicuta, , & externe applicui emplastrum diapomphol.

" & dolores inde brevi fedabantur.

" Post quatuor septimanas mamma fuit " melior; verum ægra conquerebetur verti-" gines, pectoris oppressiones, & insomnia;

, hæc autem fymptomata ex plethora prove-, niebant, hinc unica venæ sectione sopie-

, bantur.

", Nona septimana, qua pilulas assumsit,

" peperit infantem sanum.

, Toto puerperio affumfit pilulas, & ex-, terne applicatum est emplastrum diapomph. , infans semper sanus erat, & ex mamma

, fana lac fugebat, & mamma affecta, finito -sital ce

, tertio mense, suit multo minor, & exul-

" ceratio circa papillam tendebat in fanatio-

, nem.

" Quarto mense copiosus sanguis ex papilla " profluxit; sistebatur autem applicato sungo " agarico quercino.

" Omnia fiebant semper meliora.

" Quinto mense applicui externe fomentum " ex æquali parte cicutæ & florum sambuci.

" Octavo mense fæmina erat integre cu-

, rata.

" Vir, 61. annorum, temperamenti scor-

" butici, tumorem habuit in bucca dextra ex

", contusione; hunc dissipavi remediis antiscor-

" buticis, & usu pilularum de cicuta.

"Vetula, 75. annorum, a terrore sensit in "mamma sinistra dolorem, & paulo post

,, mamma intumuit.

"Applicuit supra totam mammam buty-"rum recens, unde & tumor & dolores "aucti sunt.

" Variis dein usa remediis nullum levamen

, percepit.

" Dum me accessit, dedi illico octo pilulas " de cicuta per diem, & apposui externe em-

" plastrum de cicuta.

" Spatio unius mensis dolores cessarunt, & tumor fuit minor.

" Continuato dein pilularum usu, & aucta " sensim dosi, sexto mense mamma tota in

", statu naturali fuit.

", Puellæ, 11. annorum, per totum collum ", scrophulosæ, ultra medium annum dedi quo-", tidie " tidie quindecim pilulas de cicuta fine ullo " effectu; emansit tunc, & adiit alios chirur-

" gos & medicos.

"Dum vero neque ab his quidquam in melius mutatum fuit, rediit denuo ad me.

" Justi iterum, ut pilulas de cicuta assume-" ret, & biberet desuper insusum florum sam-

" buci & verbasci.

" Et dein spatio quatuor mensium curata " est.

" Puella, quæ per plures annos cancrum ad " nasi apicem habuit, pilulis de cicuta integre " curata fuit.

" Id autem in hoc casu notandum, quod " hæc puella sub initium, dum pilulæ ex ci-

,, cuta dabantur, frequenter vomuerit, atque

, diarrhœa fuerit correpta.

" Postea vero sat largam harum pilularum " dosin sine ullo incommodo tulit.

"Fæmina, 60. annorum, cataracta labo-"rans in utroque oculo, data cicuta intra

,, quinque menses perfecte vidit.

" Vir, 40. annorum, amaurofi post mor-" bum acutum afficiebatur, plurima adhibita " remedia nihil juverunt.

" Dedi dein cicutæ pilulas, & post tres " menses cæpit lucem distinguere, & paulis-

" per videre.

,, Decimo mense jam iter trium horarum ,, solus sine duce confecit, interim omnia di-, stincte videre nondum potuit.

" Decimo fexto mense ex solo usu cicutæ

" integrum visum habuit.

" Fæmina,

"Fæmina, 40. annorum, per binos annos "habuit cancrum apertum ad palpebram "dextram inferiorem.

" Dedi pilulas de cicuta, per diem appli-

" cui externe fomentum de cicuta.

" Quarto mense erat integre curata.

"Vir, 44. annorum, a quatuor annis jam "pessima gonorrhœa laboravit, & vires om-"nes amisit, noctes habuit inquietas, in-

, somnes ob sebrem depascentem, quæ omni

" vespera vehemens fuit.

"Omnia jam remedia, maxime alias effi-"cacia, in hoc ægro fine levamine tentata "funt, imo quæ pro specificis in hoc morbo "alias habentur, lentam tabem adtulissent

" Dedi igitur extractum cicutæ, & infu-

" fum florum fambuci cum lacte.

" Intra paucos dies malum emendatum " fuit, auctæ funt vires, increvit appetitus, " noctes fiebant tranquillæ.

"Sexto mense ex his solis miserrimus "æger integre convaluit, fuit robustus, pin-

" guis.

"Fæmina, 30. annorum, post subitum in "puerperio terrorem sensit illico in mamma "dextra dolorem vehementem, dein mamma

" rubuit, & valde dura facta est.

" Pluribus usa remediis semper pejus ha-" buit.

"Dum me accessit, vidi mammam totam "scirrhosam, & paulo infra papillam inveni "locum " locum mollem, in quo materiem purulen-

", tam ex fluctuatione judicavi latere.

" Applicui tunc fomentum ex anatica ", parte herbæ cicutæ, florum fambuci, & " verbasci.

" Post paucos dies rumpebatur pars mollis,

" & effluxit copiosum pus.

" Reliqua tamen mamma mansit valde ,, dura & dolens.

" Nihilominus eodem fomento, fedulo ap-", plicato, & datis pilulis de cicuta, mamma

" perfecte emollita & fanata fuit.

" Hæc fæmina jam a tribus annis habuit " quoque tumorem in hypochondrio finistro, ,, quem fingulo mense, dum catamenia in-,, stabant, tantus dolor occupavit, ut ægra ,, debilissima debuerit per aliquot dies lecto

,, inhærere.

" Verum ex pilularum ufu, per fex men-" fes continuato, ab hoc tumore & dolore ", liberabatur; nune menstrua fluunt sine

" omni molestia, & sanitas videtur optima.

", Virum 32. annorum, penitns emacia-" tum, debilem, cachecticum, &c. a testicu-" lis tumidis & scirrhosis, atque a gonor-

", rhœa inveterata, datis pilulis de cicuta, " spatio quinque mensium curavi, perfecte

,, restitui.

"Fæmina 34. annorum. post terrorem " habuit mammam induratam, dolentem; " moles duritiei semper increvit, & aucti ,, funt dolores.

,, Data cicuta mox melius se habuit, & ,, intra binos & dimidium menses suit peni-

", Virgo, 17. annorum, cancrum apertum, ", non admodum magnum, in mamma fini-

, stra habuit, & pedes ambo fædissimis ulce-

", ribus erant exefi.

" Mammam sola cicuta spatio trium men-" sium curavi, verum ad ulcera pedum con-" solidanda quinque mensibus erat opus.

" Dedi fere omni tertia septimana pur-

" gans.

"Fæmina, 24. annorum, cancrum ulce-"ratum in mamma finistra a binis annis ges-

" fit, & usa est plurimis remediis sine ef-

" fectu.

673 Ch 100

"Datis autem pilulis de cicuta, & appli-"cato fomento, ex eadem herba, spatio sep-

" tem mensium curabatur integre.

"Fæmina, quadragenaria, a pluribus an-"nis habuit mammam finistram duram, tu-"midam; circa papillam erant plures scirrhi "rotundi, valde dolentes.

"Emplastra, fomenta, unguenta externe "diu applicuit, & a variis medicis varia re-

" media affumfit fine levamine.

" Dedi dein ei cicutam, & spatio novem

", septimanarum restituebatur.

"Viro, qui in ambobus oculis cataractam, habuit jam per integrum annum, dedi sen"fim spiritus frumenti cum mercurio subli"mato libras duas & dimidiam; exiguus

inde

" inde sequebatur effectus, & æger jam re-" nuit hoc remedium.

" Unde transivi ad usum cicutæ, &, quarto " mense dum ea utitur, solus ambulat, & co-

" lores distinguit.

"Vir, 44. annorum, ex arthritide præ-"gressa habuit mammam sinistram tumi-"dam, duram, & valde dolentem.

" Varia fine effectu applicuit.

" Assumsit dein cicutam, & spatio sesqui

" mensis integre convaluit.

" Virgo, 17. annorum, ex retro pressa sca-" bie cœpit dolorem circa articulum femoris " dextri conqueri, dein claudicavit.

" Variis remediis, & balneo Badenfi ufa, " nullum habuit levamen, & fiebat tota ca-

" chectica, macilenta.

" Adhibui cicutam, & mox mutatus est " totus corporis habitus, jam minus dolet, " nec multum amplius claudicat.

" Hinc spero non absque ratione eam brevi

", integre fanam futuram.

"Vir, 48. annorum, cancrum serpentem "in palpebra inferiori oculi sinistri a longo "tempore habuit.

" Applicui externe infusum cicutæ, & in-" terne dedi pilulas de cicuta, & cancer per-

" fecte curatus fuit.

" Vetula, 70. annorum, jam ultra annum " fensit continuum dolorem & tumorem in " hypochondrio sinistro.

" Dedi ei cicutam, & spatio medii anni

evanuit tumor, & dolor,

" Puero

" Puero, 11. annorum, pessime cachec-" tico, dedi quotidie grana octo extracti ci-

" cutæ, & eum brevi curavi.

" Multos adhuc in cura habeo, qui can-, cro, scirrhis, cataractis, amaurosi, ulceri-

" bus pessimis, cachexia, &c. laborant, &c., spem habeo optimam eos restituendi; quo-

, niam jam omnia mutantur in melius.

" Alios tamen habui, quos cicuta, longo

" licet usu adhibita, nequaquam juvit.

" Tres fæminæ, cancro mammæ laboran-

" tes, nec ex usu cicutæ, nec ex aliis reme-

", diis, multum levamen perceperunt, & sen-

" fim mortuæ funt.

" Una ex his ex nimis frequenti hæmor-" rhagia occubuit, aliæ autem duæ contabu-

", erunt.

Dominus Alexander Engelberg, qui olim per plures annos in Abbatia Claustro-Neo-burgensi prope Viennam summa cum laude praxin medicam felicissime exercuit, & nunc Constantiæ Physicus ac Medicus practicus est celeberrimus, sequentia de cicuta observata mihi retulit:

"Vir, 60. annorum, a sua juventute huc-"usque variis morbis venereis afficiebatur,

" tandem totus exhaustus fere contabuit,

", urina penitus purulenta, fœtida jam per

" plures annos inter diros tenesmos ac dolo-

" res, prodiit.

" Remedia fimilibus in cafibus alias utilia

" jam potius nocuerunt.

" Igitur cicutam præbui a parva dosi sen-" sim ascendendo.

"Bini nunc funt menses, & jam vires au-

- " gentur, redit appetitus, somnus est tran-
- " quillus, & urina penitus naturalis, absunt

" dolores & tenesmi.

,, Fæmina, 40. aliquot annorum, hæmor-

" rhagiis uterinis alias erat valde subjecta.

" Tandem cœpit ex utero prodire mate-" ries fœtida, ichorosa, cum ingenti & con-" tinuo dolore urente, erodente.

" Materies hæc utero prodiens haud raro

" erat permista striis sanguineis.

"Tentavi plurima remedia, quædam ef-"fectum videbantur præstare, & materies "fiebat minus maligna; verum dolores man-

- " ferunt æque violenti, neque vires auctæ
- " funt, nec increvit appetitus, & tandem " cœpit iterum materies pessime sœtere.

" Hinc tentavi extractum cicutæ.

" Sub initium materies longe fœtidior & " copiosior reddebatur, dolores autem intra " paucos dies imminuti sunt.

" Continuato per aliquot septimanas ci-" cutæ usu dolores cessarunt penitus, ægra

" quiete dormivit, appetiit, & demum opti-,, mas recuperavit vires, & materies ex utero

", effluens tenuis fiebat, inodora, limpida.

" Nunc jam paucæ tantum guttæ sine ulla " molestia prodeunt, & sæmina videtur sana;

", nil enim conqueritur, habet bonas vires, appetit, digerit, dormit, urina libere fluit,

" alvus

" alvus deponitur bene cocta fine dolore &

" Juvenem habui, qui sæpius per septima-

- " nam atrocissima epilepsia afficiebatur; medi-
- " camenta, in hocce morbo, alias decantata,

" fere nihil effecerunt.

- " Unde dedi per integrum mensem extrac-" tum cicutæ dosi satis forti, & brevi paroxys-
- " morum violentia minuebatur, tandem nul-
- " lus amplius epilepsiæ impetus observatus

, eft.

- , Nunc per plures menses jam sanus suit,
- " longe fortior est, agilior, & mens ipsa, quæ
- " antea erat suppressa & hebes, jam maxime

", ferena & ad omnia habilis videtur.

- " Juvenem, 24. annorum, qui a pluribus
- " annis scirrhos admodum magnos per totum
- " collum habuit, & partes vicinas adeo tensas,
- " ut caput nequaquam potuerit circumvertere,
- ,, emplastro & extracto cicutæ integerrime cu-

" ravi.

" Chirurgi & multi medici varia tum ex-" terna, quam interna remedia, in hoc juvene

" incassum tentarunt.

- " Virginem, 20. annorum, quæ ingentes " scirrhos circa aures, infra maxillam, & in
- " toto collo gessit, eadem ratione brevi resti-

, tui.

- " Dominus Silvester & Hebir, celeberrimus " Pragensis Medicus, me de casu sequenti con-" fuluit:
- " Matrona, vigesimum primum ann. agens, schirrum ab aliquot annis in mamma dextra

" advertit; & quum nec dolorem, nec ullum " incommodum hicce tumor produxit, nullum

" applicuit remedium.

" Novem abhinc mensibus inivit matrimo-

", nium, varia confecit itinera, concepit.

"Mamma tunc cœpit intumescere, fiebat "durior, accessit dolor, naturalis mutabatur "color, intumuerunt venæ, noctes factæ sunt "insomnes.

" Remedia externe applicata mammam

", semper pejorem secerunt.

"Multi medici & chirurgi, qui hanc ægram "viderunt, de ejus vita actum esse prædice-

" bant, vetueruntque omnem remedii applica-" tionem; probe gnari his cancrum adhuc

", occultum aperiri, & tandem adferri mor-

" tem.

Hoc in statu ægra offerebatur celeberrimo ô Hebir.

Quoniam autem gravida fuit, noluit quoque fine confilio cicutam tentare.

Hinc hac fuper re mihi scripsit.

Vidi ego in pluribus gravidis cicutam optimo cum effectu, & fine omni noxa, exhiberi, unde suasi, ut celeberrimus vir in hoc quoque casu eam tentaret.

Dignabatur meum sequi consilium, & postea sequentem epistolam ad me dedit:

" Dignitas rei postularet quidem, ut accu-" ratius absolveretur historia morbi illius, de " quo tecum egi in literis die 27. Julii ultimo

" elapsi ad te datis.

" At mihi omnis occasio minutioris insti-

" tuendæ indaginis abrepta est per numerum ,, aliorum periclitantium, qui sese curæ meæ

subjecerunt, & ob distantiam loci, qua ab

" urbe separabatur Illust. illa Persona.

"Hinc non ægre feres, si, votis tuis justo , minus correspondere valens, rem integram

" rarioribus observationibus expedivero.

" Percepta mente tua, mihi ante tres men-" ses transmissa, confilium mutavi, & ad nor-" mam positam curam accessi, exhibendo pi-,, lulas duas, granorum binorum, de cicuta

" mane & vesperi.

" Dumque fine fenfibili effectu hanc admi-", nistrandi methodum protrahi viderim, du-

" plicari dosin jussi, continuarique.

" Quod per plures hebdomadas factum est, ,, at casso hucusque molimine; imo in deterius jam & præcipiti passu ruebant cuncta: tumor, durities, increverunt; accessere dolores enormes, color lividus, vel plus in nigredi-

" nem tendens; verbo, quidquid cancrum oc-" cultum manifeste designaret, illud omne hic

" aderat.

" In ancipiti hoc stadio nil consultius fieri " posse putabam, quam ut augerentur doses.

" Quare effeci, ut qualibet die absumeren-" tur extracti cicutæ grana viginti quatuor: ut " fedulo admoverentur parti affectæ fomenta

" cum eadem cicuta parata.

" Hæc omnia quotidie repetebantur per " mensem & ultra.

" Redeunti denuo mihi, quinta jam fere " expleta feptimana, en hæc fuit, quæ sese " obtulit, pulchra rerum fecies.

" Mammæ ingens moles quadruplo minor " conspicitur, quam dum digitis contrecto in

" plurima divisam tubercula invenio.

" Color ater in album & naturalem conver-" fus est; de dolore vix conqueritur; quod-

" que in hac praxi dignum forte notatu est: " Hæmorrhoidalem fluxum copiosum com-

" mode fustinuit fine ullo virium lapfu.

" Palam ergo de incomparabili cicutæ ef-" fectu convictus nil prorsus vel addidi, vel " detraxi; at eodem tramite insistendo curam

" ultra feliciter perficiendam pronuncio, &c.

, &cc.

" Hlust. hæc matrona jam sese accingit ad " iter Viennam saciendum, ubi viva voce hæc " cuncta confirmata senties.

Ex itinere & curruum succussu mamma iterum paulo pejor fuit.

Unde ægra quam primum Viennam venit

me fecit advocari.

Inveni mammam duobus pugnis fere æqualem, duram, hinc inde purpuream, non tamen valde dolentem.

Venæ autem fuerunt varicofæ, interim ægra habuit vires bonas.

Suasi, ut somentum ex cicuta continuo applicaretur, ut ægra in lecto quiesceret, & assumeret quotidie grana viginti quatuor extracti cicutæ. Hæc omnia lubentissimo animo ad amussim siebant, & mamma inter paucos dies habuit colorem naturalem, fuit mollior, mobilior, minor.

Graviditatis figna erant optima, & in toto naturæ opere nil mutatum inveniebatur.

Mamma fere quotidie in meliori statu de-

prehenfa eft.

Tertia septimana, qua hac æger Viennæ suit, finiebatur graviditatis terminus, instabat partus, & prodiit silia sana, pinguis, pulchra.

Omnium animi erant curiofi, & cupidi videndi, an non tenellæ infanti diuturnus cicutæ

usus nocuisset.

Verum bona prædixi, bona omnia inveniebantur.

Sub partu tamen mamma paulo rudius tractata cœpit iterum dolere, & postero die rubuit, intumuitque in molem ingentem; tandem purpurea suit, dein livuit, & elevabatur in tubera; transudavit serum acre, erodens, & merito timebatur cutim tenerrimam esse rumpendam, oriturumque cancrum pessimum, apertum.

Dolor magnus sese ex mamma per humerum & totum brachium dextrum extendit.

Primis duobus puerperii diebus ægra nec externe, nec interne, cicutam applicuit.

Lochia optime fluxerunt.

Tertio die urgentibus nimium malis in mamma fymptomatibus cataplasma ex cicuta appositum suit.

Dolores inde brevi mitigabantur, & lividus color eo statim die dissipatus est; durities ta-

I 4 men

men & mammæ moles ingens manserunt, neque mutata sunt tubera, quæ rupturam minitabantur.

Noctu denique cataplasma ex cicuta sedulo continuatum suit.

Quarto die mansit in eodem statu, dolores fuerunt vehementiores.

Quinto die mane & vesperi ægra jam iterum pilulas quinque, granorum duorum, assumsit.

Dolores multum minuebantur, & quædam tubera subsederunt, & illud acre, quod per cutim transudavit, & rosit, vix amplius advertebatur.

Sexto die omnia iterum paulo meliora fuerunt.

Septimo die jam grana viginti quatuor de extracto assumsit, & cataplasma de cicuta, quamvis odorem ingratum sparserit, ægra tamen (viso bono effectu) summa cum patienta, applicuit, tulit.

Omnia puerperii negotia optime processe-

runt, infans quoque sanissima fuit.

Omni quarto quintove die dosin pilularum auximus.

Spatio trium septimanarum usu cataplasmatis & extracti cicutæ mamma ad magnitudinem pugni virilis redigebatur.

Color fuit naturalis, cessavit omnis dolor, ægra habuit vires, & potuit brachium sat libere

movere.

Incipiente quarta septimana jam dabatur quotidie drachma integra extracti cicutæ, & ægra, quamvis tenella & valde sensibilis, nul-

lam

1am inde molestiam advertit, & bene se habuit.

Hac ratione optime finiebatur puerperium, & finito puerperio in mamma superfuit durities, adhuc scirrhofa, magnitudine nucis juglandis; hæc autem erat mobilis, & in omnem partem volubilis.

Reliquum quod circa hanc moleculam adhuc præternaturale remansit nequaquam du-

rum, sed pastaceum fuit.

Hæc matrona optime se habuit, vires bonas

recuperavit, appetiit, bene dormivit.

Sensim affumsit quatuor scrupulos extracti cicutæ quotidie, & cataplasma ex cicuta tota nocte, & tempore matutino, fedulo applicatum fuit; post meridiem autem negligebatur, quoniam hæc matrona in liberum aërem motionis gratia se contulit, & in consortio hominum fuit, qui odorem ingratum ferre non poterant.

Et amavi id, ut fensim viderem, quomodo

mamma se haberet sine cataplasmate.

Vidi autem inde nil mali oriri.

Decima feptimana mammæ moles fuit admodum exigua, illud autem tuberculum scir-

rhosum fere immutatum perstitit.

Nihilominus tamen & hoc fensim inæquale & fibrosum fiebat, quod spem dedit fore, ut fuccessu temporis, & usu cicutæ, integre solvatur.

Separatæ tales glandulosæ portiones scirrhosæ admodum lente quandoque disfipantur; pertinaci tamen usu funduntur & evanescunt, &, quum mobilia fint, si præter omnem spem re-Priming

mediis

mediis non obedirent, arte possent enucleari,

dum necessitas exigeret.

Hæc matrona menstruum sluxum jam post puerperium debita copia & citra omnem molestiam iterum habuit, sana fuit, & brachio lateris affecti, quod alias debile & ad longiorem motum ineptum erat, uti optime potuit; exiit in liberum aërem, varios exercuit motus, & nil mali inde in mamma fenfit.

Maritus vi fui officii tunc cogebatur iter fat longinquum suscipere tempore adhuc frigido, aspero.

Optavit, ut uxor (quæ omni amore & ve-

neratione est dignissima) secum esset.

Amici omnes, & omnes noti, præsertim autem mulierculæ (quot enim tales, tot medicastræ) hoc iter optimæ huic matronæ dissuaserunt.

Ego autem, consideratis omnibus, putavi iter non posse nocere; hinc neglectis objectionibus (talibus enim, fi medicus obaudit, martyr & mancipium est) suasi, ut maritum comitaretur.

Perficiebatur iter felicissime, advenerunt ad locum constitutum ambo, fruentes sanitate

perfecta.

Mammæ nil mali, nil boni contigit, manferunt omnia eodem in statu.

Nunc usum cicutæ tum externum, tum internum, continuat; hinc nullus dubito fore, ut id, quod superest, integre quoque solvatur.

Durante puerperio curam hujus matronæ gessit clarissimus ac magnificus Archiater Ke-Aler.

Primum


Primum autem periculum, primas & maximas cancri minas pertinaci cicutæ ufu fuperavit celeberrimus medicus Pragenfis Silvefter ô Hebir; huic igitur maximæ laudes & grates debentur.

Etenim certo certius hoc malo mater & infans fuiffent interemptæ, fi vagorum hominum & medicastrorum confiliis, quæ innumera fere fuerunt, aures & mentem dedissent.

Infans jam septimum agens mensem adhuc

fanissima est.

An igitur inde non patet cicutam effe remedium innocentissimum, neque nocere gravidis, neque tenerrimis embryonibus?



CAPUT IV.

COROLLARIA.

Corol. 1.) C'Icuta non solvit sanguinem in pu-tridum liquamen.

Pluribus, qui larga dofi & longo tempore usi sunt cicuta, venam secui, & inveni semper fanguinem, qui habebat bonum colorem &

optimam confistentiam.

Magnificus Archiater Kestler Illustrissimæ cuidam comiti, quæ per plures graviditatis menses cicutam affumsit, paucis ante partum diebus fanguinem e vena misit, & vidimus tunc ambo fanguinem fanorum fimillimum.

Idem

Idem observavit celeberrimus Harlemensis practicus Joannes van Woensel in matrona, cui

per plures menses cicutam dedit.

Dum hæc scribo, sanguinem iterum misi alii comiti, quæ cicuta a binis mensibus utitur, & video eundem optimæ ligatum, & longe saniorem, quam suit ante usum cicutæ; tunc enim semper sanguis erat tenaci, mucosa, & variegata crusta tectus, sibrosus.

Provoco unumquemque medicum vel chirurgum ad experientiam, qui ex recto usu cicutæ alium quam bonum sanguinem observa-

verit.

Corol. 2.) Cicuta non adfert consumptionem.

Ex meis aliorumque medicorum experimentis (si ea placet attente considerare) clare patet ægros cicuta utentes recuperasse vires integras, & totum corporis habitum factum esse opimum, torosum.

Usu cicutæ sæpissime sistuntur nocturni sudores, augetur appetitus, adjuvatur digestio, restaurantur corporis sunctiones; cur igitur

inde fequatur confumptio?

Clarissimus sanitatis consiliarius Leopoldus Erndl doluit sæpissime tot pueros puellasque in suo nosocomio phthisi scrophulari consumi, interire.

Varia remedia per plures annos fumma cum industria adhibuit, rebelli tamen huic morbo limites ponere nequaquam potuit.

Unde tentavit cicutam larga dosi, & mox omnia mutabantur in melius; pueri, alias stupidi,

pidi, meticulofi, cachectici, emaciati, fiebant alacres, fortes, pingues, & glandularum scirrhi sensim fundebantur.

Doctissimus hicce vir me sæpius ad suum nosocomium humanissime invitavit, & mihi magno cum gaudio ostendit, quam egregios & miros essectus in pueris & puellabus atque etiam in tenerrimis infantibus præstet cicuta.

Pluribus, experimenti gratia, cicutam jam in secundum, tertium, & quartum annum præbui; sani sunt, vegeti, robusti, agiles, & ad omnia apti.

Cur hi non contabefcunt?

Corol 3.) Cicuta non visum hebetat.

Etenim contrarium semper in meis ægris vidi effectum.

Quoniam multi inter eos fuerunt, qui oculos habebant turbidos, continuo fluentes, aut urentes ex perpetuo acrium lachrymarum affluxu, atque propterea perspicillo utebantur; verum, sumta per aliquot tempus cicuta, hæc oculorum vitia emendata sunt, & plures potuerunt perspicillo carere.

Corol. 4.) Cicuta non demit generandi potentiam.

Habui militem, quem largo usu cicutæ intra bimestre spatium a glandulis submaxillaribus tumidis & scirrhosis, atque ab ingenti colli struma, liberavi.

Integerrime curatus & fanus ex nosocomio discessit, post quatuordecim dies autem iterum iterum rediit ad me laborans pessima gonorrhœa venerea, quam se altero die, quo ex nosocomio abiit, contraxisse satebatur.

Hunc eundem militem, dato omni octiduo purgante hydragogo, dato decocto bardanæ, & usu cicutæ, spatio quinque septimanarum

ab hac gonorrhœa, fat rebelli, fanavi.

Alios viros, qui magna copia, & longo tempore, cicutæ extractum assumferunt, hoc super articulo scrupulose sæpius examinavi, rogavique, ut mihi verum dicerent.

Ast fatebantur omnes se in naturæ vigore nil mutatum sentire, imo quidam contende-

bant sibi naturæ opus restauratum fuisse.

Vir, sexaginta sex annorum, paralyticus, cicutam jam in sextum mensem assumsit, & quidem tanta copia, ut jam per novem septimanas quotidie drachmam unam cum dimidia

deglutiat.

Inter alios bonos effectus, quos inde habet, mihi sponte narravit naturam jam per duodecim annos integre dormivisse, evanuisse; nunc autem ex usu cicutæ eam evigilare, erigi, & eodem modo agere, atque dum suit vir triginta annorum.

Uxores dein, quorum mariti cicuta utebantur, hac super re serio & medice rogavi; verum & hæ omni ex parte contentæ erant, & sua mihi conscientia consirmabant se nequaquam mariti naturam debiliorem expe-

riri.

Eram hoc in articulo admodum religiosus.
Verum,

Verum, ne aliis tantum crederem, id in me ipso (qui homo sum) experiri volui, sumsi propterea cicutæ extractum per tres

feptimanas notabili fatis dofi.

Neque quidquam in me mutatum deprehendi, nisi quod urina paulo copiosus fluxisset, & appetitus longe major exstiterit, quodque suerim agilior, jucundior; & mansi homo integer.

An cicuta tuto datur in scirrbis abdomina-

libus?

Multi non abs ratione timuerunt posse excitari suppurationem, quæ lethalem tym-

panitidem adferret.

Dico autem, ex numerosissima experentia, me multos ope cicutæ scirrhos in ventre dissipasse, me curasse pluries hydropem, a scirrhosis abdominis visceribus ortum, nunquam autem suppurationem supervenisse, neque inde natam esse tympanitidem.

In fæminis quidem sæpius vidi, usu cicutæ, ex utero profluxisse materiem puriformem, & scirrhos hac ratione esse solutos; judicavi tunc materiem solutam ductu naturæ innocuam viam affectasse, & quæsivisse naturalem

exitum.

Doctissimus Dominus Collin mecum frequenter idem adhibuit remedium in ventris indurationibus, neque bono inde essectu caruit, mali autem prorsus nihil observavit.

Cum tamen in aliis corporis partibus usu cicutæ quandoque suppuratio oriatur, ratio

dictat

dictat posse id & in ventre contingere; verum hæc bonum medicum non debent deterrere.

MONITA.

Narravi plurimos casus, in quibus cicuta convenit, neque tamen contendo soli cicutæ semper considendum esse.

Alia subinde remedia debent jungi cicutæ. Ut medicus suas ndicationes judiciose sequa-

tur, necesse est.

Chirurgus externe mutet, addat; demat,

quæ ratio, experientiis fundata, jubet.

Multi male meam ex primo de cicuta libello opinionem intellexerunt, etenim putabant me dare remedium, quod folum fufficiens in omnibus cafibus & universale crederem.

Verum nequaquam id volo.

Sed adfirmo folummodo cicutam præstare talia, quæ alia remedia, maxime heroica, nequeunt.

Cancrum curat; id, multiplici experientia

convictus, vidi.

Nec tamen affero omnem inde cancrum curari.

Nec affero foli tantum cicutæ opus totum

esse semper committendum.

Ex centum ægris, quas alii medici dereliquerunt, & habuerunt pro desperatis, si unam ego servo & curo, mihi sufficit; ast numerus curatarum est longe major.

Mer-

Mercurius curat luem veneream; verum an is femper convenit? an is femper curat? quot non milleni hoc morbo exstiguuntur?

Cortex Peruvianus fugat febrem intermittentem, & tamen dantur febricitantes, quos non juvat, quot non funt, quibus nocuit?

An propterea talia remedia negligenda, &

pro nocicis aut inutilibus habenda funt?

Idem de aliis remediis specificis dictis judi-

cabunt periti-medici.

Si qui funt, qui ex idofyncrafia, aut propter complicata symptomata, cicutam ferre non poffunt, hi abstineant.

Si fymptomata, morbo juncta, aliud expofcant remedium, cur illud non fimul exhibeatur cum cicuta?

Purgans sæpius requiritur.

Subinde necesse est, venam secare.

In plethoricis hæmorrhagiæ non illico funt fistendæ; hæ enim similibus ægris longe melius conducunt, quam venæ sectiones.

In debilibus autem cito & optime fistuntur

fungo agarico quercino.

Agaricus autem tantum eo in loco debet applicari, ubi fanguis prodit; etenim extenfus fupra totum ulcus aut vulnus nocet, & fæpe lethalis eft.

Quandoque antiphlogistica & refrigerantia

præter cicutam indicantur.

Hoc sæpius in arthritide & rheumatismo contingit.

Externe quandoque emollientia, quandoque digestiva, quandoque adstringentia requiruntur.

Quandoque ferro materiei debet exitus pandi, quod in spina ventosa toties observavi, ut nimirum cariosum & corruptum a sano posset separari; quandoque cancer fungosus debet cultro tolli.

Ne autem in fimilibus cafibus recidiva contingat, usus internus externusque cicutæ prohibet, & sufficit.

Quandoque autem callosa cancri labia, aut ipsi cancri fungosi, solo remedio sequenti confumuntur.

R. Pulv. herb. cicut. dr. ijs. mell. rosar. unc. iij.

Hoc remedium supra lintea carpta extenditur, & loco affecto toties recenter applicatur, quoties medicus aut chirurgus necessarium judicat.

Affiduus & judiciosus medicus, bonus & expertus chirurgus, si mutuam in desperatis morbis curam impendunt, sæpenumero præstant miracula.

Si autem hi dissentiant, aut morbum tractare non noverint, æger patiatur, aut morjatur, oportet.

Si fœminæ statim in principio mala sua detegant, & si medici debito tempore cicutam applicent, certus sum nos intra aliquos annos raro visuros mammarum cancrum.

Cicuta

Cicuta nequaquam strictum exigit vitæ re-

gimen.

Admittit ea omnia, quæ ægri ventriculus facile digerit, & quæ in bonum nutrimentum transeunt.

Neque interdicitur vinum, neque vetantur acida, prudenti & moderata copia assumta.

Et quivis medicus ipse novit, quid ægro suo

conveniat, quid noceat.

Lex universalis non datur,



ATTOON -cr and rights find and find the remonths that monoch at som it streets sko anth non a bhasha ke.